

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
XXXVIII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
VIII PARS  
H B A, B 2, 1548-49**

edidit

**CAROLINA LANCKOROŃSKA**



NON EXSTINGUETUR

**R O M A E 1 9 7 6**



**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**  
**VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA**

---

**IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA**  
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreti Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

---

ANTEMURALE, I-XIX, Romae, 1954-1975

---

**ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES**

- Vol. I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565) Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- Vol. II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424) 19 facs. Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Capituli Trident.).
- Vol. III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787) 29 tab. Ind. nom. propr. ind. chron. 1961.
- Vol. IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603) 9 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- Vol. V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682) 4 tab. 1962.
- Vol. VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629) 8 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1962.
- Vol. VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, pp. XIV+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676) 11 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1962.
- Vol. VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791) 7 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1963.







INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
XXXVIII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
VIII PARS  
H B A, B 2, 1548-49**

edidit

**CAROLINA LANCKOROŃSKA**



**NON EXSTINGUETUR**

**R O M A E 1 9 7 6**

SUMPTIBUS  
FUNDATIONIS  
LANCKORONSKI  
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:  
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - ROMA



## INDEX RERUM

Introductio . . . . . , , , , , , , , , , , , , , ,	Pag. VII
Bibliographia selecta . . . . . , , , , , , , , , , , , , , , »	X
Abbreviationes . . . . . , , , , , , , , , , , , , , , »	XII
Textus documentorum . . . . . , , , , , , , , , , , , , , , »	3
Elenchus epistolarum . . . . . , , , , , , , , , , , , , , , »	191
Index personarum et locorum . . . . . , , , , , , , , , , , , , , , »	195

6 tabulae





## INTRODUCTIO

*In hoc XXXVIII volumine Elementorum ad Fontium Editiones continentur epistolae procerum Polonorum, duobus solummodo annis, 1548 et 1549, ad Albertum in Prussia ducem datae. Quibus duobus annis non paucae neque parvi momenti res in Polonia evenerunt. Itaque 1 die Aprilis anni 1548, 81. aetatis suae anno, e vivis sublatus est Sigismundus I rex Poloniae, qui per 42 annos Regno Poloniae regnavit. Nemo alius Poloniae regum ad tam provectam pervenit aetatem. Sigismundus, Alberti in Prussia ducis avunculus, praeter maximas interdum difficultates et adversitates, nunquam immemor fuit consanguineitatis vinculorum, quibus cum nepote suo arcte erat coniunctus, eumque, principem suum feudatarium, singulari sane benevolentia semper est prosecutus.*

*Ipsa demortuo, paternum regnum obtinet Sigismundus Augustus, « rex iunior », iam anno 1529 — adhuc puer — rex coronatus, Alberto, consobrino suo, triginta annis iunior, erga quem hactenus reverenter et cum filiali fere observantia sese gerebat.*

*Inter principales illius temporis eventus primum procul dubio obtinet locum, et in documentis nunc a nobis editis imprimis repercutitur, clam initum et hucusque occultum, secundum matrimonium Sigismundi Augusti cum Barbara Radziwiłł. Cum autem maior pars Senatus et omnes fere nuntii terrestres, in Comitibus Regni Generalibus congregati, huiusmodi novo ac insolito regis matrimonio fortiter obstiterint, non parvam ea res in Republica rerum animorumque perturbationem atque conquassationem provocavit.*

*Inter eos, qui in hoc tam gravi non solum regis, sed totius Reipublicae negotio, plus vel minus aperte contra regem eiusque matrimonium sese declaraverunt, dux quoque Albertus, in Senatu Regni inter saeculares primus, procul dubio est reputandus, qui ea re indignatum regis animum non parum sibi abalienavit. Ex epistolis enim regis tunc temporis ad ducem datis facile deducere possumus, Albertum non tam benigne, ut prius, sed magis officialiter et minus secundum consanguineitatis vincula, quae eos coniungunt, a rege tractari coepisse. (Et eiusmodi frigidus regis erga ducem animus nonnisi post plures elapsos annos in melius mutabitur). Quod matrimoniale regis negotium — ut iam diximus — in hic publicatis procerum Polonorum epistolis, ad ducem Albertum missis, clare repercutitur satisque vehementer agitur. Nam qui ad ducem scribunt, iique praesertim, qui maximis in Regno dignitatibus erant praediti (excepto forsitan solo Stanislao Bojanowski, nulla dignitate fungente), in duas factiones sunt divisi, in eos scilicet, qui pro rege vel contra regem hac in parte sese declaraverunt. Ex quibus quattuor imprimis hic memorandi esse videntur, iam ex prioribus voluminibus nobis non ignoti: Stanislau Bojanowski, Andreas a Górká, Samuel Maciejowski, Ioannes Tarnowski.*

*Quorum duo, Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et Regni cancellarius, ac Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis et exercituum Regni generalis capitaneus, pro rege steterunt. Licet enim minime dici pos-*

sit, eos regi sincerrime deditos eiusque matrimonio praecipue benevolos fuisse, merito tamen timuerunt regiae auctoritatis labefactionem, tam in rebus Regni internis, indies magis magisque periclitantibus, quam in externis, in conspectu praesertim tot periculorum, quae inde maiora adhuc Regno imminere potuissent.

Ex iis vero, qui se hac in parte adversus regem aperte declaraverunt, primo loco nominandus est Andreas a Górka, castellanus Posnaniensis et Maioris Poloniae generalis capitaneus, arcis amicitiae vinculis cum duce Alberto coniunctus, cuius non solum plures de hoc negotio exstant epistolae ad ducem in Prussia datae, sed conservata est quoque, in latinum sermonem conversa, iam aliunde non ignota celebris oratio, 22.XI. 1958 in Comitibus Petricoviensibus ad regem habita, qua eum nomine omnium Regni ordinum solemniter rogat modisque omnibus obsecrat, ut ab eo insolito sibi que impari matrimonio omnino recedat illudque prorsus rescindat.

Hanc orationem transmisit Alberto, uni ex epistolis suis (plerumque longissimis) annexam, Stanislaus Bojanowski, cuius brevem mentionem iam in praefatione voluminis praecedentis et praesertim voluminis XXXIV obiter fecimus. Ubi diximus eum stricto sensu inter proceres Regni Poloniae nullatenus reputari posse, nulla enim nec generis claritate nec maiore unquam dignitate erat ornatus praeter titulum regii secretarii, aperteque fungebatur munere « factoris » vel « agentis » ducis Alberti, qui eum pro meritis servitiis que suis pecunia remunerabat, sicuti tot alios, ut nonnisi Nicolaum Nibschütz et Iostum Ludovicum Decium nominemus, quorum epistolae in ea Archivi Regiomontani serie depositae asservantur, quae sigla B4 (Officiales Regni, Königliche Beamte) denominata erat. Cum autem scripta Stanislai Bojanowski circa a.1900 ab eiusdem Archivi moderatoribus una cum epistolis veri nominis procerum Polonorum seriei B2 aggregata fuerint, a nobis quoque una cum illis hic in lucem eduntur.

Bojanowski de omnibus, tum quae in Polonia, tum quae in exteris geruntur, optime edoctus esse videtur, atque de omnibus, tum de maioris momenti eventibus, tum de futilibus ineptiis falsisque rumusculis, hinc inde auditis, patronum suum, in Prussia ducem, prolixis verbis reddit certio rem. Peculiaris sane est modus, quo Bojanowski vel varios enarrat atque interpretatur eventus, vel singulas describit aestimatque personas. Ex omnibus fere eius scriptis clare apparet singularis eius erga omnes et omnia mordacitas atque dicacitas, eius scribendi modus asperissimis aliquando verborum aculeis crassisque facetiis abundat, praesertim cum eum de episcopo Cracoviensi aut de regina Barbara scribere contingit, quos usque ad ipsorum mortem implacabili prorsus odio prosequi non desinit illudque peculiari cum rusticitate in eos effundit. Obiter notare liceat, Samuelem Maciejowski in tot epistolis suis, ad ducem in Prussia missis, ne verbo quidem uno adversarii sui facere mentionem. Neque obliviscamur oportet eundem Bojanowski, licet eam palam profiteri non audeat, novae, id est reformatae religionis esse fautorem; quae res eius iudicium cum de episcopo Cracoviensi, tum de omnibus, quae cum catholica Ecclesia sunt quodammodo coniuncta, indubitanter determinat.

In scriptis hoc volumine publicatis, sicut in qualibet alia serie documentorum ad idem temporis spatium pertinentium, negotium Reformationis non postremum certo occupat locum. Nam est res manifesta, ut novae doctrinae in Polonia sectatores in rebus religionis ad ducem Albertum imprimis recurrant. Quorum omnium procul dubio primus est vir ille doctissimus magna que non solum apud suos, sed etiam in exteris, auctoritate praeditus, Ioannes Łaski, qui hoc in volumine sex epistolis suis nos facunde eleganterque alloquitur.

Cum rebus religionis, vel potius confessionis, directe vel indirecte coniunctae sunt etiam mutuae relationes, Regno Poloniae cum Prussia et cum Imperio intercedentes. Rex enim Poloniae, ipse catholicae religioni fidelis, erga catholicum quoque imperatorem ita se gerere debet, ne simul obliviscatur nepotem suum principemque feudatarium reformatae reli-



*gionis fervidum esse assertorem; et vice versa imperator ceterique principes Imperii, veterem religionem profitentes, rationem habere debent eius facti, quod Ducatus Prussiae lutheranismo nomen dedit, ex altera tamen parte non possunt, formaliter saltem, Magistri Ordinis Theutonico-rum postulata non recognoscere, qui se ius ad Prussiam, usque ad 1525 annum Ordinis propriam, habere incessanter praetendit.*

*Cum rebus religionis indirecte coniungitur etiam propositum ducis Alberti, qui uxorem ducere cupit unam ex sororibus regis, ut tempore opportuno eo facilius vel ipse vel filius (si qui ei nasceretur) Regnum Poloniae ambire eoque potiri possint.*

*Sicut in aliis voluminibus, ita et hic, quamquam paulo minore cum assiduitate, emergunt quaestiones Turcicae, Tartaricae, Moldavicae, Valachicae, necnon periculum ex Moscovia Regno Poloniae incessanter impendens.*

*Reliquum est, ut — sicut hactenus fecimus — gratitudinem nostram et hic renovemus Doctori Ioanni Koeppen, Archivi Regiomontani Directori, et Doctori Bernardo Jähnig, eiusdem Archivi Assessori, pro constanti eorum nobis exhibita hospitalitate; Doctori Jähnig praeterea pro correctione et cum originalibus collatione textuum germanice scriptorum iterum maximas agimus gratias.*

C.L.

## BIBLIOGRAPHIA SELECTA

(*In hoc elencho bibliographico omittimus opera, quae iam in voluminibus XXX, XXXI, XXXIV et XXXV attulimus*).

### Fontes:

- DYARYUSZE SEJMÓW KORONNYCH 1548, 1553 i 1570, ed. J. Szujski (*Scriptores rerum polonicarum I, Cracoviae 1872*).
- KUYPER A., ed., Ioannis a Lasco opera tam edita quam inedita, recensuit A. Kuyper, Amstelodami - Hagae Comitum, vol. II, 1866.

### Studia:

- BARTEL O., Marcin Luter w Polsce (*Odrodzenie i Reformacja, t. 7, 1962*).
- BARYCZ H., Udział Teodora Wotschkego w rozwoju badań nad dziejami ruchu reformacyjnego w Polsce (*Reformacja w Polsce XI, 1948-52*).
- BODNIAK S., Marcin Kromer o lennie i hołdach pruskich (*Rocznik Gdański, IX-X, 1935-36*).
- BODNIAK S., Marcin Kromer w obronie Kościoła 1542-1556 (*Reformacja w Polsce, III, 1925*).
- BOGATYŃSKI W., Listy hetmana Tarnowskiego do Albrechta z r. 1544 a taktyka wojenna z Turkami (*Przegląd historyczny XVII, 1913*).
- BOGATYŃSKI W., Z dziejów małżeństwa Zygmunta Augusta z Barbarą (*Rozprawy PAU, Wydż. Hist. Filoz., t. 59, 1916*).
- BRÜCKNER A., Różnowiercy polscy, Warszawa 1962 (reeditio).
- DWORZACZEK W., Maciejowski Samuel (*PSB*).
- GOETZ VON SELLE, Geschichte der Albertus Universität zu Königsberg i. Pr. Königsberg 1944.
- HAJDUKIEWICZ L., Przegląd badań nad dziejami reformacji i kontrreformacji w Polsce w latach 1939-52 (*Reformacja w Polsce, 12, 1953-55*).
- JOBERT A., De Luther à Mohila. La Pologne dans la crise de la Chrétienté 1517-1648, Paris 1974.
- KANIEWSKA I., Małopolska reprezentacja sejmowa za Zygmunta Augusta 1548-72, P.W.N. Warszawa-Kraków 1974.
- KOLANKOWSKI L., Posłowie sejmów Zygmunta Augusta (*Reformacja w Polsce, 5, 1928*).

- KOT S., Andrzej Frycz Modrzewski, Kraków 1923.
- LECLER J., Histoire de la tolérance au siècle de la Réforme, I-II, Paris 1955.
- LEPSZY K., Czarnkowski Stanisław (PSB).
- MALLEK J., PEPIŃSKI F., ed., Stanisław Murzynowski, Historyja żaloszna a straszliwa o Franciszku Spierze oraz Ortografija Polska, Pojezierze 1974.
- MALLEK J., Ustawa o rządzie (Regimentsnottel) Prus Książęcych z r. 1542, Toruń 1967.
- MALLEK J., Granice państwowe, kościelne i administracyjne Prus Książęcych w XVI w. (*Komunikaty mazursko-warmińskie*, Nr. 1 (91), 1966).
- PAWIŃSKI A., Ostatnia księżna mazowiecka, Warszawa 1892.
- POCIECHA W., Arcybiskup gnieźnieński Mikołaj Dzierzgowski (*Nasza Przeszłość*, t. II, 1947).
- POCIECHA W., Barbara Radziwiłłówna (PSB).
- POCIECHA W., Poselstwo Andrzeja Jakubowskiego do Francji w r. 1547 i pierwsza misja Jana Monluca w Polsce (*Odrodzenie i Reformacja*, V, 1960).
- RHODE A., Geschichte der evangelischen Kirche im Posener Lande, Würzburg 1956.
- RHODE G., Die Reformation in Osteuropa (*Gestalten und Wege der Kirche im Osten. Festgabe für Arthur Rhode*, Ulm 1958).
- RHODE G., Ein Brief des «Tatarenschrecks» Bernhard von Prittwitz an Herzog Albrecht (*Zeitschrift für Ostforschung*, XXI, 1, 1972).
- SCHRAMM G., Der polnische Adel und die Reformation 1548-1607, Wiesbaden 1965.
- SKWARCZYŃSKI P., Szkice z dziejów reformacji w Europie środkowo-wschodniej, Londyn 1967.
- SPIERAŁSKI Z., Awantury mołdawskie, Warszawa 1967.
- STASIEWSKI B., Reformation und Gegenreformation in Polen. Neue Forschungsergebnisse, Münster i. W. 1960.
- STASIEWSKI B., Reformation und Gegenreformation in Polen-Litauen, Münster i. W. 1966.
- STUPPERICH R., Der Protestantismus auf seinen Wegen nach Osteuropa (*Kirche im Osten. Studien zur osteuropäischen Kirchengeschichte*, B. I., Stuttgart 1958).
- TAZBIR J., Powojenne badania nad tolerancją religijną w Polsce (*Przegląd Historyczny* 60, 1966).
- TAZBIR J., Reformacja a problem chłopski w Polsce XVI w., Wrocław 1953.
- TAZBIR J., Świt i zmierzch polskiej reformacji, Warszawa 1956.
- TAZBIR J., Recherches sur l'histoire de la Réforme en Pologne (1945-59) (*Acta Poloniae Historica* 2, 1960).
- URSU J., La politique orientale de François I, Paris 1908.
- VÖLKER K., Kirchengeschichte Polens (*Grundriss der slavischen Philologie und Kulturgeschichte* 7, Berlin-Leipzig 1930).



- VÖLKER K., Die Kirchengeschichte Polens in jüngster Forschung (*Jahrbücher für Kultur und Geschichte der Slaven NF 11, Breslau 1935*).
- VÖLKER K., Die Kirchenpolitik der Jagiellonen (*Zeitschrift für Kirchengeschichte 47, NF 10, 1928*).
- VÖLKER K., Die Kirchenpolitik Sigismund Augusts (*Redlich-Festschrift, 1929*).
- WOTSCHKE T., Der Posener Fürstentag des Jahres 1543 (*Historische Monatsblätter für die Provinz Posen, 1914*).
- WURST Z., Legacja Stanisława Hozyusza do cesarza Karola V i do króla Ferdynanda I w 1549 (*Przewodnik naukowo-literacki, 1903*) (*invenire non potui*).
- ZEEDEE E. W., Calvins Einwirken auf die Reformation in Polen-Litauen (*Syntagma Friburgense, 1956*).
- ZIEGER A., Das religiöse und kirchliche Leben in Preussen und Kurland im Spiegel der evangelischen Kirchenordnung im XVI Jahrhundert (*Forschungen und Quellen zur Kirchen- und Kulturgeschichte Ostdeutschlands 35, Köln 1967*).

#### ABBREVIATIONES

- Hipler-Zakrzewski, *Stanisłai Hosii Epistolae*, ed. HIPLER-ZAKRZEWSKI, I AHP, Card. Hosii Cracoviae 1879, Acta Historica Poloniae., IV. Epistolae
- Kuyper II *Ioannis a Lasco Opera tam edita quam inedita*, ed. A. Kuyper, 2 vol. Amstelodami, Hagae Comitum 1866.
- Lasciana LASCIANA nebst den ältesten evangelischen Synodalprotokollen Polens 1555-61, ed. Dalton, Berlin 1898, in: *Beiträge zur Geschichte der evangelischen Kirche in Russland*, III Band.
- Małłek, Małłek J. i Pełowski F., ed., Stanisław Murzynowski. Historia żałosna a straszliwa o Franciszku Spierze oraz Ortografija polska, Pojezierze 1974.
- R P.** Regnum Poloniae.

**TEXTUS**



# 1548

N. 1052.

*Petricoviae, 20.I.1548.*

*Christophorus Konarski  
Alberto in Prussia duci  
refert nova ex Augusta de imperatoris conatibus, de magistro Theutonico-  
rum Ordinis et de legatione Stanislai Łaski.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Durchlauchtiger etc.*

Noch erbittunge... fuge ich hymitte E.F.D., meinem gnedigsten herrn, im besth undertheniglich zue wyssen, dass ich im ausszuge von Auschpurck <sup>a)</sup>auss befelich des littedschen marschalks <sup>1)</sup> <sup>a)</sup> meinem gnedigen hern margroffen Albrecht angesprochen, so sein gnade E.F.D. wass zu schreiben ader zu entbitten wolth, wo dann sein furstliche gnaden erlich schreiben durch unss E.F.D. zustendigk zugeschiketh, welchs der her grossmarschalk itzter durch der jungen koniglichen majestet kammerjungen E.F.D. zuschiketh. Nichts weniger auch vom hern cardinalem, bischoff von Auspurck, <sup>2)</sup> der E.F.D. allenthalben in allen sachen forderer ist, wy auch E.F.D. sonst auss des margroffen Albrecht schreiben weidlofftiger einnemen wyrth, wass vor ainen freunt und diner E.F.D. dasselbest in den orteren an dem byschoff hoth, und ich bith ganz undertheniglich, E.F.D. wollen im uff sein schreiben uffs allerersth beantworten, dan seiner gnaden diner der wyrth ungefer drey wochen alhie vorharren.

Zeitunge, dy wyr zu Auschpurck erfaren haben, wywoll dysselbigen E.F.D. wyrth weidlofftiger auss des margroffen Albrecht schreiben einnemen, wass allenthalben uff dem reichstage vorhanden isth. Aber dass einige wysse E.F.D. eigentlich, dass wyr arme Preussen noch den zukunfftigen sommer im gutten fride bleyben, dan sein key. mt. muss uff den sommer wass anders vornemen, doran ess vill gelegen ist. Dan sein mt. wyl sich wenden in Welschlandt, dan der bapsth, <sup>3)</sup> konigk auss Frangkreich, Venediger, <sup>b)</sup> dy Schweizer, dux Ferrarie, <sup>4)</sup> dux Urbini, <sup>5)</sup> haben sych verbundt uff den keyser und haben auch den Turken durch yre oratores im hulfe angelangeth, wywol der keyser hat im vorgenumen, dy schweyzer allein und den konig auss Frangreich zu besuchen, ducatum Subaudie ader de Piomonte zu repetiren, aber ess wyrth alles anders zugehn. Aber dyss alles wyrth E.F.D. auss den anderen gegenwertigen bryffen weidlofftiger einnemen.

Der deusche meyster <sup>6)</sup> ist gar ein vleyssiger instigator in seiner sachen, hoth auch etliche geschikten auss Eyfflandth heimlich bei sych gehabth,



dy her ungefer X meylen von Auspurgk uff seinem schloss gehalten. Goth weyss seinem vornemen.

Dass wysse auch E.F.D., dass der her Lasky auch in seinem nicht schlefft und hat allenthalben bey allen leuten, grossen hern, guth lob und <sup>c)</sup> yst nur woll gehorth bey allen, und mich duncketh, durch sein guth vorhalten, dass her wass guts aussrichte. Mith dem deuschen meyster steht her nicht gar woll etc...

Datum Peterkaw 20. Ianuarii 1548.

E.F.B.  
ganz undertheniger diner  
Chrystoff Konarsky

a)-a) *in margine.*

b) *in margine.*

c) *supra lineam.*

1) *Nicolaus Radziwiłł « Niger ».*

2) *Otto Truchsess*

3) *Paulus III.*

4) *Hercules.*

5) *Guidobaldus.*

6) *Volfgangus Schutzbar.*

N. 1053.

*Petricoviae, 20.I.1548.*

*Nicolaus Radziwiłł, Magni Ducatus Lithuaniae archimarsalcus,  
Alberto in Prussia duci  
de legatione sua ad regem Romanorum [Ferdinandum I] et de legatione  
Stanislai Łaski ad Comitata Imperialia Augustana, cuius exitum in  
causa ducis non infelicem fore sperat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Veni huc ante triduum, perfuncta non infoeliciter (Deo Optimo Maximo sit gratia) apud Serenissimum Romanorum Regem Serenissimi Principis mei legatione. Ubi, antequam Augusta, civitate imperiali, discessissem, rumore quodam perlatum fuit, quod Vestra Illustrissima Celsitudo huius Regni Poloniae Comitatus esset interfutura. Quare datum erat mihi negotium tam ab Illustrissimo Principe Domino Marchione Alberto, nepote Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, quam a Magnifico Domino Stanislao Lasky, Palatino Siradiensi et Sacrae Regiae Maiestatis senioris Oratore, ut nonnulla de negociis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae ad illam referrem. Verum cum res aliter quam sperabamus evenerit, has litteras, quarum unae sunt ab Illustrissimo Domino Marchione, alterae a Domino Palatino Siradiensi, Vestrae Illustrissimae Celsitudini mitto.\*<sup>1)</sup> Ex quibus abunde cognoscet, quid ab illa Illustrissimus Dominus Marchio quam maxime curatum esse cupiat, tum in quo rerum cardine Illustrissimae Celsitudinis Vestrae negocia pendeant, quinamve illorum eventus expectari debeat.

Spero tamen non infoelicem futurum, praesertim cum Dominus Palatinus Siradiensis, non modo virtute et magnitudine animi conspicuus, verum etiam ingenio, eloquentia consilioque et authoritate plane admirandus, eam rerum obeat summa cum laude functionem. Non inconsulto tamen Vestram Illustrissimam Celsitudinem praemonendam esse volui, ut nihilominus rationibus Dominorum suorum in tuto collocandis bene prospectum esse curet. Iacula enim, ut vulgo iactatur, praevisa minus

feriunt. Ego quoque istic omnem dedi operam, ut Vestra Illustrissima Celsitudo cognoscere possit me ea erga Vestram Illustrissimam Celsitudinem observantia, constantia summaque serviendi voluntate propendere, ut nihil tam durum et acerbum sit, quod non libenti animo eius causa facturus omniaque etiam, si vita et facultates profundendae sint, perpersurus sim. Quam quidem meam in rebus Illustrissimae Celsitudinis Vestrae diligentiam, mallo Vestram Illustrissimam Celsitudinem ex aliis, quam ex me ipso, cognoscere.

Praeterea Electores, Status Ordinesque omnes Imperii, praesertim vero Illustrissimus Dominus Marchio et reliqui innumeri, satis honorificam Vestrae Illustrissimae Celsitudinis mentionem inter privatos et publicos consessus facientes, ad extremum a me postulaverunt, ut illorum benevolum et ad omne officium exhibendum paratissimum animum Vestrae Illustrissimae Celsitudini commendarem. Quem tantorum adeoque clarissimorum Principum favorem et singularem studii erga Vestram Illustrissimam Celsitudinem propensionem cum illi perpetuum esse cupiam, tum ardentissimis votis exopto, ut Vestra Illustrissima Celsitudo quibusvis foelicissimis fortunarum successibus floreat diuque sana et incolumis valeat... Datum Pyotrkoviae, XXa Ianuarii, anno Domini MDXLVIII.

Vestrae Illustrissimae Celsitudinis

a) servitor b)

Nicolaus Radziwil Dux in Olyka et Nyeswiz ac Generalis Magni Ducatus Litvaniae Archimarsalcus etc.

a) manu propria subscripsit. b)

a)-b) manu propria.

\*) desunt.

N. 1054.

Petricoviae, 1.II.1548.

*Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R.P. capitaneus, Alberto in Prussia duci*

*nuntios ducis, a rege libenter auditos et expeditos esse nuntiat; libros, de antiquitatibus Prussiae tractantes, nullos se invenire potuisse significat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

Illustrissime Princeps etc.

Quemadmodum commiserat mihi per literas Illustrissima Dominatio Vestra Nuntios suos, quos huc ad Serenissimos Principes nostros et totum Senatum miserat, intercessione et opera mea promovere, lubentissime profecto officium meum illis adiunxissem, sicubi res illud postulare videretur. Sed quam primum illi venerunt, auditi sunt benigne et eam quidem negotiorum sibi ab Illustrissima Dominacione Vestra commissorum expeditionem retulerunt, quae potissima tanta in angustia temporis praestari potuit. Etsi revera instructiores et paratiores nos esse oportebat ad praecavenda tanta pericula, quae iam imminere nobis cernimus, verum hac una alterave septimana non satis pro eo, ac debebat, undiquaque provideri potuit, quod diu iam antevertendum erat necesse. Tamen et haec comparatio, qualiscunque est constituta, non potest esse absque commodo Reipublicae, ita ut ex ipsis Nuntiis Illustrissima Dominatio Vestra planius cognoscet. Sacra Regia Maiestas utraque libenter polli-

cetur Illustrissimam Dominationem Vestram, ubi res ipsius ita exigent,<sup>z)</sup> ope sua non destituturam.<sup>a)</sup> Similiter et de auxiliis Regni, cui est Illustrissima Dominatio Vestra adserta, certo sibi persuadere potest illud esse sibi in proclivi. Ego vero, ut inde usquam cum me obsequiis Illustrissimae Dominationi Vestrae consecrari, semper ipsius studiosissimus extiti, nec secus etiamnum officia mea Illustrissimae Dominationi Vestrae probata fieri cupio. Quibus si possem, ut velle est, libenter Illustrissimae Dominationis Vestrae honori ac commodo inservirem.

Libros antiquitatum Borussiae, de quibus aliquoties mihi Illustrissima Dominatio Vestra scripsit, nullos habere potui. Est quidem unus in pargameno scriptus, sed is nihil aliud, quam processus iudiciarios, olim inter Reges Poloniae et Magistrum Ordinis, arbitrio cuiusdam Cardinalis ad hanc provinciam delegati, constitutos, habet. Quem facile intellexi nihil attinere ad sententiam Illustrissimae Dominationis Vestrae. Itaque eum non visum erat Illustrissimae Dominationi Vestrae mittere. Etsi aliqua ex re fieri poterit, et hunc mitterem. Ac debitam meam promptitudinem Illustrissimae Dominationi Vestrae, ut in aliis omnibus rebus, probare vellem... Petrikoviae, prima die Februarii, anno Domini MDXLVIII.

Illustrissimae Dominationis Vestrae

<sup>b)</sup> servitor

Ioannes Comes in Tarnow etc. subscripsit.<sup>c)</sup>

a) in ms. destituturam

z) sic in ms.

b)-c) manu propria

N. 1055.

Petricoviae, 5.II.1548.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*de incerta pace cum Turcis; de discordia inter christianos; de legatione  
Stanislai Laski ad Comitata Imperialia Augustae; de conatibus impe-  
ratoris; de captivitate legati regis Galliae; de negotiis bellicis a Sigi-  
smundo I in potestatem filii translatis.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.375.*

In Christo Iesu, Domino nostro propicio, praecor Vestrae Illustrissimae Dominationi salutem et alias omnes foelicitates.

O Illustrissime Princeps, o seculum, o tempora, o mores! Iam tandem una salus victis nullam sperare salutem, scilicet percaavimus nos ipsos a vertice capitis usque ad plantam pedis, idque fassi sumus parentibus et omnibus subditis reclamantibus, exceptis tribus magnis, de quibus nobis in hiis negociis et aliis omnibus optime pollicebamur, qui non solum connivent, sed etiam promovent. Quid igitur sperandum sit, Deo committendum, qui solus mala potest (sed raro solet) facere bona. Post hunc ad rationem redeamus, que ostendit nos aliorum culpa non debere offendi. Sed relinquamus mala et ad bona convertamus scribenda. At ubi sunt? Nihil igitur habeo boni, quod scribam? Certe nihil. Scribam ergo mala, ne ex eis peiora fiant, si celarentur. Ex Augusta hactenus nihil habuimus, quod ad rem Christianae Reipublicae esse videretur. A Turcis, perpetuis

nostris hostibus, praecibus et magnis muneribus pacem offerimus et amplectimur, ut christianis crudelius bellum inferamus. Generalia consilia cogimus, ut per ea toti Europe imponamus et ludificatam tandem occupemus.

Sed ad nos propius accedamus. Pacem adhuc habemus et habere cupimus, bellum veremur, de quo, ut breviter et in generali dicam (in specie enim nostri adhuc agere noluerunt), mediocriter solliciti sumus. Non mala tamen signa apparent, nam etsi in principio parum movebamur, in fine tamen (quod melius est) competenter consultatum fuit, apparuitque in nostris Senatoribus cura et sollicitudo eiusmodi periculorum. Visi enim sunt diligenter perpendisse et excussisse huiusmodi belli rationes et controversias, cogitasseque, cum quibus illis negocium futurum sit. Quod autem nondum manum huic negotio directe adhibuerunt, habere se suas rationes dicunt. Inter cetera vero, nescio quibus autoribus, existimant hoc anno nihil tale futurum. Ne tamen negligentes et securi in periculis esse viderentur, missi sunt et adhuc plures mittuntur exploratores, ut nos doceant, quoniam hic miles in Germania scribitur. Sunt enim qui affirmant Caesari cum Papa,<sup>1)</sup> Rege Galliae, Venetis (de hiis ego dubito) et Helveciis hoc anno atrox (si quando) bellum futurum. Inter alia vero eius belli signa unum esse credunt: Captus est Legatus Regis Galliae, Ioannes Monluc, eius Regis Consiliarius et Requestarum (ut ipsi vocant) Magister, qui aliquocies apud Turcam, Papam, Venetos, Helvecios, nunc eciam apud nos, Legatum egit, in civitate Pruk, 20 miliaribus ultra Viennam versus Villach. Littere, quas habuit, omnes ad Cesarem sunt misse. Captus est cum a Rege Polonie, quare non cum ad Regem Polonie, iret. Nam eadem via ibat fuitque interrogatus, quoniam vellet. Nostri tamen parum ad se pertinere existimant, nec potest in illis litteris, quas a nobis ad Regem Galliae habuit, quidquam inveniri, quod Imperatorem scire nollemus. Verisimile itaque videtur Caesarem non fuisse facturum sibi inimicum Regem Galliae tam levi causa, si ante non scivisset eum amicum habere non posse.

Existimant preterea nostri alia signa maiora esse, que nobis pacem polliceri hoc anno debeant, me tamen sollicitum reddunt. Quamquam Regia Maiestas senior coram omnibus, qui huc pertinent, regio animo et officio rem dignam fecit, ne videlicet securi esse videremur. Transtulit enim omnem belli rationem et rem militarem in Regiam Maiestatem iuniorem, dicens se, ubi necessitas postulaverit, Suam Maiestatem missurum esse in bellum cum plenaria regali autoritate sumtumque facturum secundum rei magnitudinem et exigenciam, eciamsi ad fundum exhauriri oporteat. Scripti sunt preterea tribuni militum sive praefecti cohortium circiter 70. Littere eciam restium (ut vocant) parantur, quibus communis et generalis belli mocio imperabitur. Gedanum preterea et id genus loca volunt, ut res exigit, providere. Mittere quoque ad vicinos Principes et Regem Daniae<sup>2)</sup> debent, ut amicos ab inimicis discernere possent. De Rege praefato bonam spem habemus. Principes Pomeraniae<sup>3)</sup> dicuntur sese Caesari in gratiam et in dignacionem dedisse. Quidam eciam bonum signum esse credunt, quod Legatus noster, Dominus Laski, humaniter et honorifice tractatur. Mihi vero malum signum videtur. Posset enim fieri, ut illum retineant, bona spe ostensa, donec nos parati imparatos adorian-tur. Sunt eciam inter nos quidam, qui exteris quoque naciones potius in auxilium vocandas existimant, quam ut ab illis (ubi nos in periculo versari viderint) metuamus, ut sunt Vallachii et Tartarorum aliqua mediocritas. Nostros enim Littwánicos vix mille equites haberemus. Litwani nos quoque iuvabunt. Hec de bello, cui semper, eciam si sit aureum, pax eciam

ferrea praeponenda est, de cuius tractatibus inter cetera mencio fuit. Sencium plurimi et suadent pacem (si iure et praecibus habere non poterimus) peccunia esse emendam. Sed ad qualescunque pacis condiciones ineundas hoc pessime faciet (si verum est), quod multi dicunt et eciam in Senatu loquebatur,<sup>2)</sup> Dominum Laski, in persona Legati, in controversia de terris Prussie inter dominos et possessores et Magistrum Ordinis<sup>4)</sup> compromissis in Caesarem. Quod quidem ego non vellem credere, nec adhuc credo.

Cetera in hoc negotio et tota illa ratione belli vel pacis Legati Illustrissime Dominationis Vestre referent, quibus quidem ego hic nihil inseruire potui, homo parvus, praesertim cum hic quasi aligenigenae fuerimus. De quibus in Nova Buda sermo fuit, hic seorsum in carta scribo. Item hoc sonitu belli Regia Maiestas me nunc in Turciam ire non vult. Erit, inquiens, aliud, quod agas. Interim autem cogitavi, ut possem hinc per Prussiam in Lithwaniam redire obtulique Regie Maiestati me velle Vratislaviam et Legniczam ire, ut aliquid audiam tale hacque ratione ad Illustrissimam Vestram Dominationem descendere potero... Petrikovie, 5 Februarii 1548.

Illustrissimae Vestrae Dominationis  
fidelis, favens et inutilis servitor  
Stanislaus Boianowski.

Cum illa plaga Dei, cuius in primo epistolae exordio mencionem feci, regalem progeniem cum magnis lacrimis attigisset, ego me continere non potui dixique nacta oportunitate, quid et quomodo tandem de sororibus consultis? Responsum est: ecce nunc tractatur, ut unam Illustrissimus Dominus Marchio Albertus, alteram Dux Missnie Augustus, terciam filius Ducis Brunswiczensis Henrici ducat. De aliis ego respondi: nescio, quid sit futurum, sed uni ex istis, si nunc postularet, sine testibus non est credendum tale secretum. Quid ad me, inquit, et quomodo faceret, si esset monarcha, ridendoque ita absoluta est questio. Sunt alia, que calamo credere non audeo. Nunc in Slesiam, ut scripsi, ibo meque ad thermas valedudinis causa ire simulabo per Posnaniam, et deinde per Prussiam, ut Illustrissimam Vestram Dominationem invisere liceat, redibo.

Interim autem si quid forte Illustrissima Vestra Dominatio me volet, poterit litteras ad Dominum Casparum Caczkowski Posnaniam tuto mittere, sed per brevitatem temporis incommodum esset. Opus esset enim, ut ibi in 24 diebus essent. Ceterum pudet me, Illustrissime Princeps, tanto labori Illustrissime Vestre Dominationi occasionem dedisse. Non enim in eum finem Illustrissimae Vestrae Dominationi scribere soleo, ut ei negotium scribendi tam multa (dum mihi respondere dignatur) exhibeam, sed ut eo modo (quum nullus sit alius) Illustrissimae Dominationi Vestrae gratificari et animum recreationis causa ab aliis curis avocare possem. Quam iterum optime valere praecor. Et ut sepius animum a tot et tantis sollicitudinibus ad hilaritatem Illustrissima Vestra Dominatio convertat, hortor. Sunt enim hoc nostro seculo tam frequentes excruciandi animi causae, quod eas data opera, eciam si aliquando magne et necessarie videantur, negligere sepius oporteat. Alioquin omnes fere nostre actiones nihil aliud erunt, quam afflictiones spiritus et corporis.

Certe frustra extruimus templa, altaria, organa, adolemus thura, si alia vita melior (sicut Romaniste credunt) non est futura praeter hanc, in qua, si mille alia discrimina taceamus, tot curae, labores, molestiae occurrunt in consulendo rebus et commoditatibus nostris, si morbos, pericula, offensiones non sentiamus, quibus fortasse nemo sub celo caret,



nonne frigora eciam, estus, pluvie, culices, pulices et ceterae nugae, tamen nobis molestae, inter tot vero adversa quantum est temporis ad nostram beatitudinem? Medium tempus fere dormimus, reliqua prandio, coene, vestes induere, vestes deponere, et tamen Illustrissimus Dominus Dux Prussie tam copiose Boyanowski respondebit. Certe pro hac bella vita ad sydera usque clamemus, cantemus hymnos, psallamus, gracias quam maximis pompis agamus, ut scilicet diuturnam talem, ut videmus, nobis conservet, o miseri! Gloria tamen Domino Deo nostro, qui nos ex hac Aegypto liberaturus est et in suo Regno collocaturus. Amen.

z) sic in ms.

3) Barnim IX et Philippus.

1) Paulus III.

4) Volfgangus Schutzbär.

2) Christianus III

N. 1056.

Ilzae, 8.II.1548.

*Nicolaus Radziwiłł, Magni Ducatus Lithuaniae archimarsalcus,  
Alberto in Prussia duci  
de matrimonio suo cum filia Christophori Szydłowiecki contracto nuntiat.  
Sigill.*

H B A, B 2, K.375.

N. 1057.

Augustae, 12.II.1548.

*Stanislaus Łaski, palatinus Siradiensis,  
Alberto in Prussia duci  
de difficultatibus et periculis legationis suae narrat; refert nova aliqua ex  
Italia et Germania; de dissensu papae [Pauli III] cum imperatore  
[Carolo V] in re Concilii; de bello in Italia; de Genua debellata; de  
oratore regis Galliae iussu imperatoris capto deque aliis Gallis captis  
et decollatis; de imperatoris infirmitate deque eius cum principibus  
Germaniae discordia; de oratoribus papae et regum Galliae, Angliae,  
Daniae frustra responsiones exspectantibus.*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.375.

Illustrissime Princeps etc.

Quae agantur hic a me et quae sint in expectatione, etsi spero Celsitudinem Vestram ex literis Illustrissimorum Principum amicorum suorum posse cognoscere, tamen nolui quoque ipse occasionem scribendi ad eam praetermittere. Etsi autem possum et Illustrissimos Principes, amicos Celsitudinis Vestrae, et alios, cum quibus mihi res est, testes appellare meae sollicitudinis et diligentiae, tamen negotium et causa nostra extrahitur nihilque ad hunc diem responsum est ad postulata Serenissimi Regis mei. Et illi quidem, qui rem hanc tractant, difficultate et multitudine aliarum causarum se impediri aiunt, quominus nostra adhuc cognita sit. Verum ego suspicor Caesarem Italicas et Gallicas res expectare, ut ex earum eventu hanc nostram absolvat. Video etiam nos hic minoris iam fieri. Multa enim huc et scribuntur et sermonibus perferuntur et passim nar-

rantur de nobis, quae nostram aestimationem minuant. Quibus ego quidem, quoties ad meas aures perveniunt, resisto, sed tamen unus ora omnium occludere non possum.

Papa<sup>1)</sup> per Cardinalem Tridentinum,<sup>2)</sup> qui a Caesare ad eum missus erat, spem Concilii praecidit. Quod differri in aliud tempus vult, sed Bononia transferri non vult atque ad Placentiam recuperandam omnes curas et cogitationes convertit. Quam dolo iam eripere conatus est, sed frustra. Nam authores, a Caesarianis capti, dolum fassi sunt et caesi. Pons Remoli<sup>3)</sup> a Marchione Masse<sup>4)</sup> ad defectionem sollicitatus est, sed Marchioni infoeliciter cessit, nam cum suis captus est, magna pars illorum caesa a Caesarianis praesidiis. Comes Fiesco Genuam oppugnavit, sed frustra, nam amissis multis militibus, ipse saucius fuga sibi aegre consuluit. Galli Orator Montlocus, qui apud Serenissimum Regem meum proxime erat, iussu Caesaris captus est. Tres etiam eximii et praecipui Galli, Duces et militum Praefecti, Fogelspergerus, Volf von Halprun<sup>5)</sup> et tertius quidam, capti, huc adducti et in foro decolati sunt. Circa decolationem eorum publice edictum est, ut quicumque, cuiuscunque status, Gallo favere compertus fuerit, simili mortis genere plectatur. Omnium animi eo spectaculo sunt consternati, militum vero tantus murmur excitatus, ut verendum sit, ne seditio aliqua consequatur. Etenim Fogelspergerus in suggestu supplicii multa libere et sine omni metu in Caesarem dixit ac tandem in haec verba prorupit: Quid, inquit, quaestionibus opus est, quid tormentis torturisque? Ex me quaesitum est de Frederico Palatino Reni, probo Principe, an aliquid commune cum Gallo haberet. Ecce hic nunc sto, brevi ad tribunal Dei staturus. Morte mea, quae mihi iam impendet, profiteor innocentiam optimi Principis, nihilque illi rerum cum Gallo intercedere. Erat per id tempus cum reliquis Electoribus Dux Palatinus in Senatu, qui e regione eius suggesti, ubi magna voce clamabat et deinde decolatus est Fogelsperger, in praetorio solet haberi. Itaque verba illa mox ad aures eius pervenerunt, quae quam grata optimo et sapientissimo seni fuerint, nemo est qui non intelligat.

Vident omnes se hic in summo metu et periculis versari, nec se quisquam ab insidiis satis tutum putat. Urbes praesidiis munitae sunt et a iuratis militibus custodiuntur. Edictum est publice, ne quis Germanorum extra Germaniam alicui praeter Caesarem serviat, sub vitae et facultatum iactura. Hoc alii propter Gallum et Papam factum esse putant, alii propter Daniam, Pomeraniam et Prussiam. Hinc Vestra Celsitudo intelligere potest, si haec absentibus auditu molesta sunt, quanto mihi praesenti sint molestiora. Vivitur hic et periculo magno et precio maximo. Caesarem articularis morbus iterum tentat. Itaque mox initio Quadragesimae guaiaco ligno uti incipiet. Quae res nescio, quam diuturnam moram afferet et causae nostrae et aliis negotiis. Illustrissimi Duces Electores Brandenburgensis<sup>6)</sup> et Mauricius Landgravii<sup>7)</sup> libertatem serio curarunt, sed frustra. Itaque, re non impetrata, Dux Brandenburgensis discessit. Dux Iuliacensis<sup>8)</sup> venit huc Ioannis Frederici liberandi causa. Verum Caesar ad id ne verbum quidem.

Sunt hic et Papae et Regum Galliae,<sup>9)</sup> Angliae,<sup>10)</sup> Daniae<sup>11)</sup> et aliorum Principum et Rerumpublicarum Oratores. Sed illis perinde nihil est responsum atque mihi. Et tamen Dei gratia semper accidit, ut, ubi Oratores alii non audiuntur, ibi familiares mei, quos sollicitandi vel rerum alia causa mittere soleo, audiantur, ita ut si etiam hinc reportare nihil possem, dignitatem tamen Serenissimi Regis mei, quantum potero, tuebor. Quam autem adversarius impudenter et maligne opposuerit se meae legationi, ex scripto Germanico cognoscat Celsitudo Vestra, quod Regiae Maiestati

misi eamque commonefeci, ut mittat Celsitudini Vestrae. Do operam, ut brevi confutationem illius scripti edam, ut veram, ita modestam. Quam etiam suo tempore mittam Celsitudini Vestrae... Augustae, die XII Februarii, MDXLVIII.

a) Vestrae Celsitudinis obsequentissimus  
Laski subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Paulus III.*

2) *Christophorus Madruzzo.*

3) *Pontremoli.*

4) *Iulius Cybo.*

5) *Cfr. El. XXX, N. 412, ubi idem vocatur  
Thomas ab Helprym.*

6) *Ioachimus.*

7) *Philippus.*

8) *Gulielmus.*

9) *Henricus II.*

10) *Eduardus VI.*

11) *Christianus III.*

N. 1058.

*Przedbórz, 22.II.1548.*

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis, R.P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci*

*de tardiori ob nimias occupationes litterarum scriptio se excusat, pro  
munere sibi per legatos misso gratias agit, servitia offert.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1059.

*Poltoviae, 29.II.1548.*

*Andreas Noskowski, episcopus Plocensis,  
Alberto in Prussia duci*

*pro nobili Leszczyński, servitore suo, cui Nicolaus Bielejewicz, ducis  
tabellarius, summam viginti florenorum pro equo empto debet eam-  
que hucusque non persolvit, neque a Ioanne Piotrowski, fideiussore  
suo, reperiri potest.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1060.

*Posnaniae, 11.III.1548.*

*Andreas a Górká, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci*

*post colloquium suum cum servitore ducis Augusta redeunte, nomine  
Sobek, putat duci proxima aestate aliquid periculi impendere, et rogat,  
ut sibi dux ea in re per Achatium Czema scribat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*Cum Sobek, puer Vestrae Illustrissimae Dominationis, ex Augusta re-  
diens, Posnaniam diversisset, committendum putavi, quin illi ad Vestram  
Illustrissimam Dominationem litteras meas darem, quibus valetudinem*

Vestrae Illustrissimae Dominationis reviserem, quae ut a Deo Optimo Maximo Vestrae Illustrissimae Dominationi et diutissima et foelicissimis actessionibus cumulatissima obtingat, summis votis exopto. Ex eodem Sobek tantum rerum cognovi, quantum et ille interea, dum Augustae versaretur, discere et assequi potuit. Sed cum facile et colligam et intelligam ad Vestram Illustrissimam Dominationem plura et cerciora per litteras delata esse, peto abs Vestra Illustrissima Dominatione plurimum, ut si quid eiusmodi vera et integra cognitione consequuta est, unde certo intelligere posset sibi in proximam aestatem aliquid impendere periculi, quod nos quoque una cum Illustrissima Dominatione Vestra commune manet, mihi per litteras significare non dubitet. Quas rogo, ad Magnificum Dominum Palatinum Marienburgensem,<sup>1)</sup> amicum meum, perferri demandet. Ille vero dabit operam, ut ad eum locum remittantur, ex quo tuto ad me perferrentur. In maximam spem adducor Vestram Illustrissimam Dominationem id pro sua usitata erga me benignitate haud gravate esse facturam... Datae Posnaniae, XI Marcii, anno Domini MDXLVIII.

a) Illustrissimae Dominationis Vestrae servitor  
Andreas Comes a Gorka etc. subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Achatius Czema.*

N. 1061.

*Cracoviae, 14.III.1548.*

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R.P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
quod cubicularii cum litteris nondum ad ducem missi sint, sine ulla culpa  
sua accidisse significat; quae Augusta Cracoviam delata sunt, ex litteris  
regis ducem cogniturum esse asserit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Cum in Przedborz adhuc essem, laborabam, ut expedirentur cubicularii cum literis atque omnia conficerentur, quae praesens necessitas postulare videtur. Sed penes quos potestas nunc est, hi negabant cum Regia Maiestate in itinere quicquam agendum esse, sed in foelicem illius Cracoviam reditum omnia reiicienda censebant. Quae res in causa fuit, ut haec expeditio longius extraheretur, in me mora non fuit ulla.

Quae ex Augusta missa huc fuerunt, habebit Illustritas Vestra literis Sacrae Maiestatis Regiae adiuncta. Si quid fieri a me vult praeterea, literis mihi suis significare dignabitur. Quae potero, alacri animo faciam omnia. Regia Maiestas hesterno die colicis doloribus fuit affecta, sed speramus fore iam melius, Deo iuvante... Cracoviae, XIII Martii, anno Domini MDXLVIII.

a) Vestre Illustrissime Dominationis  
servitor et capellanus Samuel  
Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniae Cancellarius.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 1062.

Augustae, 16.III.1548.

*Stanislaus Łaski, palatinus Siradiensis,  
Alberto in Prussia duci  
de exitu legationis suae in Comitibus Augustanis oretenus referre pro-*  
*mittit.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Sub hac rerum omnium non modo perturbacione, sed exicio potius, multis tandem laboribus, preter spem certe, a Cesare sat honestum responsum signatum et sigillatum retuli. Quod saltem ideo significare Celsitudini Vestre paucis volui, ne inani cura scilicet vel sumptu usque ad meum ad se adventum gravetur. Si enim occasione nunc data uti voluerimus, et presens hic annus et alii plures Dei beneficio facile pace nobis transigentur. Ac interim bellum paremus necesse est, si pacem ferre vel sequi nesciverimus. De me vero hoc dicam solum, quod lubens omnia feci et pertuli, si que actiderunt ingrata aut adversa. Quo autem pacto dignitatem regiam una et Celsitudinis Vestre eamque ipsam tutatus sim, testes habeo omnes, qui viderunt et audiverunt, quorum de me erit iudicium. Hec etiam, licet Celsitudini Vestre aliqua iam ex parte cognita existimo, attamen plenius coram, volente Deo, ex me actipiet, si mihi (quod spero) iussu Serenissimi Regis ad Celsitudinem Vestram eundum erit. Sunt namque pleraque, que prorsus Celsitudinem Vestram scire expedit. Quare si id quoque Vestra Celsitudo cupit, poterit a Rege celeriter postulare, ut me ad se ire iubeat. Interea multa ex presencium portitore suo cognoscet, qui et ipse testis est rerum omnium... Datum Auguste, XVI Marcii, 1548.

Celsitudini Vestre addictissimus  
Laski scripsit.

N. 1063.

Vilnae, 17.III.1548.

*Nicolaus Radziwiłł, archimarsalcus Magni Ducatus Lithuaniae,  
Alberto in Prussia duci  
de nuptiis suis cum filia olim Christophori Szydłowiecki, castellani Cra-*  
*coviensis et Regni Poloniae cancellarii.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*



Cracoviae, 18.III.1548.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis, R.P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
se de novo matrimonio regis [cum Barbara Radziwiłł] idem sentire, quod  
dux ei litteris suis significaverat, nuntiat, sed dubitare se scribit, ut  
ea res nunc mutari queat.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.375.*

Illustrissime Princeps etc.

Que scribit ad me Illustrissima Dominatio Vestra, non illi maiorem quam mihi dolorem attulerunt. Iisdem enim rebus moveor, quas in suis ad me litteris recenset Illustrissima Dominatio Vestra. Scribit illa prudenter sane et expendit omnia diligenter, que sint ex ea re incommoda sequutura. Simul etiam non obscure fert, quanta voluntatis in eum sue inclinatione propendeat, quam ex animo fame illius et existimationi prospectum cupiat, quem debet merito non una ex causa facere plurimi, ita ut facit procul dubio, sicut hoc aperte littere Illustrissime Dominationis Vestre testantur, amoris in eum notis insignes. Idem et ego sentio, quod Illustrissima Dominatio Vestra. Atque utinam quam facile reprehendi queunt ea, que facta sunt, tam facile corrigi possent. A me quidem nihil eorum pretermissum est, que ad fidem atque officium meum pertinere visa sunt.

Atque utinam vel hanc solam ob causam ipsa Piotrkoviam ad Comitua venire Illustrissima Dominatio Vestra potuisset, illius autoritate profectum fortasse aliquid fuisset. Nunc progressum esse longius videtur, quam ut regredi iam liceat. Feci ego nihilominus, litteris Illustrissime Dominationis Vestre admonitus, ut periculum iterum facerem, si forte adhuc de sententia deduci posset. Scripsi ad eos, quos familiaritate in aula et amicitia implicatos habeo, et ad fratrem meum,<sup>1)</sup> quem accepit Maiestas Sua spontanee, ut omnem operam adhiberent, quo trahi tamen res possit, si forte progressu temporis ardor iste animi refrigesceret. Utinam nos Deus respiciat et huius fabule nobis letiorem opinione nostra det catastrophem. In hoc ego spem et fiduciam meam omnem defixam habeo. Nam ut humano consilio, precipitata iam re, profici aliquid possit, vehementer dubito. Quod si tamen rationem aliquam ostenderit Illustrissima Dominatio Vestra, qua mederi huic malo liceat, amplectar illam alacri animo. Neque laborem ullum et periculum defugiam. Sed metuo, ne post festum, quod aiunt. Nisi nos Deus oculis misericordie respexerit, actum est. Hunc ergo precemur, ad hunc manus nostras et corda suplices attollamus, qui nunquam virtutem suam exercet libentius, quam cum quicquid est humanorum presidiorum, id omne defecisse videtur. Plura me scribere meror ingens animi mei prohibet. Deum precor, ut procul a nobis avertat iacula omnia... Datum Cracovie, die dominico Iudica 15XXXXVIII.

Vestre Illustrissime Dominationis  
servitor et capellanus  
Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni Polonie  
Cancellarius scripsit.

1) Stanislaus.

*Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R.P. capitaneus, Alberto in Prussia duci de matrimonio regis Sigismundi Augusti [cum Barbara Radziwiłł]; contra quam rem, iam indubiam, nihil effici potest.*

Sigill. Autogr.

H B A, B 2, K.375.

Illustrissime Princeps etc.

Id ipsum, de quo Illustrissima Dominacio Vestra mihi scribere dignatur, et ipse similiter non nisi fama et narratione hominum communi intellexi. Sacra namque Regia Magestas, quociens ea de re et privatim ipse et publice cum aliis Senatoribus Regiam Suam Magestatem sciscitarer, tociens ne crederemus rumoribus nos monere, si quid tamen eiusmodi facere in animum induxerit suum, id nobiscum primum se communicare velle. Esse tamen plurimos, qui, gravissimo cum dolore cordis mei, affirmare non dubitant rem ita iam factam et confectam esse, ut plane infecta esse nequeat. Ceterum Serenissimis Dominis parentibus suis Regia Sua Magestas, uti accepi, rem ipsam clare et dilucide aperuit, et Regiam quidem seniore[m] Magestatem ob senilem iam et decursam etatem,<sup>a)</sup> ac inde iudicii imbecillitatem, factum hoc non admodum morari, Reginalem vero Magestatem<sup>1)</sup> peracerbe illud deflere ferunt. Que Sue Magestatis lacrimae et lamenta non leve argumentum esse videntur rei ita transacte, ut iam mutari non possit, quod eo etiam confirmatur. Honestae enim iam quedam et nobiles femine cum puellis ad ginecium novum constituendum hinc avehuntur. Que sub eo etiam tempore, quo Domina Castellana Cracoviensis, olim optime memorie Domini Cristoferi a Szydlovecz relicta, que filiam suam nuper nuptum elocatam deducit ad maritum<sup>2)</sup> Litaniam, itineri se quoque dederunt.

Et si autem Reginalis Magestas eius facti, quod tantopere nunc deplorat, non parvam antea dedit occasionem, neminem enim graviorem aliquem virum, rerum prudentem, Sue Magestati in consuetudinem adhibere, sed in ginecio, in ipso puellari convictu, perpetuo Suam Magestatem esse voluit, nunc dolet, sed sero, ut apparet, admodum. Quisquis tamen eius rei autor sit, inique et in Suam Magestatem et Rempublicam consuluit. Nam, ut Illustrissima Dominacio Vestra prudentissime iudicat, ea res et Sue Magestati Regie aliquid existimacionis detrahet, et subditis aput reliquas gentes non mediocre[m] contemptum pariet. Quo nomine ego adeo animo crucior et tristitia divexor, ut me ipsum consolari nequeam. Profecto, pro mea fide et officio senatorio, nihil neque laboris neque cure defugere vellem, immo vero ne sanguini quidem parcerem meo, modo aduc huic rei quoquomodo mederi et occurri possit. Sed cum res nullas iam, uti affirmatur, admittere potest medicinas et consilia, hic iam quiescere necesse est et res Deo committenda, qui potis est e re tristiore leciorem elicere.

Si res, antequam perfecta esset, michi innotuisset, conarer omnibus modis et studiis diversum suadere. Sed cum ita accidit, ut iam fere res certa appareat, nichil aliud restat, quam cum omnibus bonis ingemiscendum, dandam tamen nobis omnibus operam putarem, ut ea res, que iam inficiari non potest, quam optimis coloribus, quantum fieri potest, ornetur, quo quam minime hominum vel admiracioni et reprehensionis, vel contemptui pateat et exposita sit. Dici enim solet: si fieri nequit quod vis,

id velis quod possis. Vestre vero Illustrissime Dominacioni magnam habeo gratiam, quod mecum, cum lecliora esse nequibant, hec, licet tristia sint, ex gracia sua communicare suamque singularis prudencie sentenciam describere dignata sit... Datum Sandomirie, 18 Marcii, 1548.

Eiusdem Vestre Illustrissime Dominacionis  
servitor perpetuo  
Ioannes Comes in Tarnow etc.

Peto humiliter ut hec carta lecta comburatur, quemadmodum ego feci litteris Vestre Illustrissime Dominacionis.

*In dorso:* Illustrissimo Principi, Domino Domino Alberto etc. Ad manus proprias.

a) *super lineam.*

2) *Nicolaus Radziwiłł.*

1) *Bona.*

N. 1066.

*Człuchów, 19.III.1548.*

*Ianusius Latałski de Łabiszyn, palatinus Poseniensis,  
Alberto in Prussia duci  
petit, ut dux sibi cyrilicum suum Rupertum [Fink], ad curandum oculorum suorum defectum, quam citissime mittat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1067.

*Sandomiriae, 24.III.1548.*

*Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R.P. capitaneus,  
Alberto in Prussia duci  
de epistolis a Sigismundo I ad filium et ad proceres Lithuaniae datis ad impediendum matrimonium Sigismundi Augusti [cum Barbara Radziwiłł].*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Conscriptis primis ad Vestram Illustrissimam Dominacionem literis, cercior factus sum Regiam seniore Magestatem cubicularios in presenti cum literis dimittere in Lituaniam ad Regiam iuniorem Magestatem, orando obsecrando perquam sollicite, quo se eius Regia Magestas eius generis matrimonii pedicis et vinculis liberare illudque reicere et supprimere velit, tum etiam ad proceres illius Ducatus, ut Magestatem Suam omnibus, quibuscumque possent, modis et consiliis ab hoc proposito dehortarentur et prorsus abducerent. Alias vero literas ad Serenissimas filias suas, Reginam Hungariae<sup>1)</sup> et Illustrissimi Principis Electoris coniugem,<sup>2)</sup> ut etiam ille pro iure necessitudinis eius Magestatem, ceu fratrem suum, ab institutis his ipsis talamis abstrahere scriptis et monitis suis satagerent.

Quantum autem et senioris Regie Magestatis tam sollicite preces et aliorum persuasiones, dehortaciones, presertim in re ut iam forsitan peracta, aput Magestatem iunioris Regis valebunt, brevi admodum aut <sup>a)</sup> obscurum erit. Principiis potius fuit obstandum et ad alia studia et occupationes, dum aduc puer erat, asuascendus ab iis, sub quorum potestate Deus voluit liberos esse. Nunc sero medicina paratur, et ita hec, que in ea re sciam, volui cum Illustrissima Dominacione Vestra communicare... Datum Sandomirie, 24 Marcii, 1548.

Eiusdem Vestre Illustrissime Dominacionis  
servitor

Ioannes Comes in Tarnow etc. subscripsit.

Igni fidantur, rogo.

*In dorso:* Illustrissimo Principi, Domino Domino Alberto etc. Ad manus proprias.

a) *pro:* haud

2) *Hedvigis.*

1) *Isabella.*

N. 1068.

Posnaniae, 26.III.1548.

*Andreas a Górká, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
cubicularium ducis, Casparum a Lehendorff, in certis negotiis ad se  
misso, libenter se excepisse, audivisse omniaque illi demandata intel-  
lexisse, et iam ad ducem remisisse significat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1069.

Sandomiriae, 26.III.1548.

*Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R.P. capitaneus,  
Alberto in Prussia duci*

*a stipendiis militi adaugendis ducem dehortatur; rogat, ut dux iuvenem  
quendam apud regem commendet; nova sibi Augusta missa duci  
transmittit.*

*(Schedula adiuncta de machinationibus Ioannis von Goslier cum  
Moscho).*

*Sigill.*

*(Annexum: amplior relatio de rebus Germaniae ex parte Polona ex  
Augusta scripta)*

*H B A, B 2, K.375.*

Illustrissime Princeps etc.

Cum adeo sim percupidus Illustrissimae Dominacionis Vestrae, quod ad omnes res illius cogitata mea operamque lubentissime adiungo, et in his profecto, quarum rationem a me Illustrissima Dominatio Vestra per literas exquirat, non minore studio vellem illi obsecundare. Tantum rogo,

ut haec, quae scribo, sint pectori solum Illustrissimae Dominationis Vestrae reposita. Nam, quod certo sciam, eo consilio militares, ubi ad eos penetraverit, posse offendi. A me itaque, unde profectum esse intelligerent, mentes illorum procul dubio abalienarem. Quod michi nollem sane evenire.

Itaque quod attinet conditiones militis alendi, non probatur michi id consilium, quod Illustrissima Dominatio Vestra stipendium illud, nostris militibus usitatum, excedere et adaugere debeat. Nam hoc certum est: ubi uni illud decreverit, mox caeteri idem poscerent. Et Maiestas quippe Regia a veteri more nequaquam est discessura, nec in maius premium ascensura. Et si maxime vellet, non poterit tamen, nam id res et facultates ipsius nequaquam ad diutinam militis sustentationem pateantur. Et ob id, ubi stipendium Illustrissima Dominatio Vestra auxerit, nullas copias auxilio Illustrissimae Dominationi Vestrae subministrare Maiestas Sua poterit, cum suo stipendio usitato nullas iam describere daretur. Quod si nunc superare vellet, perpetuo iam in eo se retineri miles cuperet. Atque sic, dum ista ratione Illustrissima Dominatio Vestra consultum sibi esse putat, maxime incommodabit, nam Regis auxilia ammittet.

In Germanicam miliciam hoc solum quadam consuetudine est invec-tum, quod ad summum illa premia excreverint, et proinde etiam non diu exercitus inibi retinentur. Et Principes ipsi, si nunc bene detrahere velint, nequaquam possunt, nam miles, posteaquam mores hos, ex quibus commodum venatur, inibit, nulla ratione ab eis se avelli pateretur, quin potius castra deserere malit. Non est itaque salutare, quod Illustrissima Dominatio Vestra veterem consuetudinem excedere debeat. Et ea est apud nos, ut in singulos equites deni floreni ad quartuale unius anni numerentur. Quod olim et Hungaris et Bohemis usitatum etiam fuit. Et praeterea ex communi more, cum ad terras Podoliae sit expeditio, tantum seni dari solent. Etsi autem dicitur miles non posse istic, ubi omnia cariori precio veneunt, tam exiguo stipendio mereri, eo maiori commodo suo student milites ipsi. Sed certum est nihilominus merituos, ubi solum fuerit decretum. A rapinis etiam, quas in provinciis suis Illustrissima Dominatio Vestra ferre nollet, in bona administratione imperatoris procul dubio abstinebunt. Facile enim id omne vicii erit recte moderando sustollere.

Porro si ipse Dominus Czikowsky, quem ego sciens in studio militari bene diuque versatum Praefectum designavi Illustrissimae Dominationis Vestrae, aliquid moretur, constituat cum eo Illustrissima Dominatio Vestra de annuo stipendio, cui ille iuste acquiescere possit, atque illud Vestra Illustrissima Dominatio, etiam si nulla belli necessitas urgeret, ad beneplacitum suum numerabit. Cum autem milites sub ferula sua ducturus est, hoc ipsum stipendium, quod nobis usitatum est, Illustrissima Dominatio Vestra militi suo numeraturam se recipiat, nec eo maius. Non consulo, ne sibi ipsi Illustrissima Dominatio Vestra ex causis superioribus obsit.

Quod vero parteis<sup>2)</sup> meas attinet, ut studium et operam, quam Illustrissima Dominatio Vestra requirit, ad negocium hoc belli, ita ut par est et si necessitas ingruerit, gerendi aggregarem, etsi ego omnem fere hanc curam, temporum et rerum etiam nostrarum ratione permotus, deposuerim ac in universum ab administratione defensionae abstineam, tamen ubi animadverterem ad eam rem alacriores hominum mentes et aliam formam nostrae comparationis, non negligerem eo studia conatusque meos vertere, quo semper a primordiis meis mira quadam incitatione ferebar. Sed non video hucusque res nostras illo inclinari.

Rationes has, quas Dominus Czikowsky ad sustentandum exercitum Illustrissimae Dominationi Vestrae exhibuit, video ex more Germanici instituti esse desumptas, quae utique nostris hominibus non sunt peculiare, nec ad rem bene gerendam proficuae, darentur aliae, quae magis illi servirent.

Caeterum etsi nihil dubito Illustrissimam Dominationem Vestram solerti consilio suo <sup>a)</sup> res omnes temporius pervidere, et has potissimum, quae aliquod incommodum secum trahere deberent, tamen ego etiam, pro mea erga Illustrissimam Dominationem Vestram propensione et in Republicam nostram debito, haec, quae michi allata sunt ex Germania a servitoribus meis, qui diligenter ea omnia observant, Vestrae Illustrissimae Dominationi Vestrae <sup>z)</sup> in charta hisce inclusa etiam mittere et patefacere non praetermisi. Eadem etiam et alia plura audiet ex ipso Domino Iacobo Seczigniowsky, quem ab illis etiam partibus nunc primo venientem et iter ad Maiestatem Regiam iuniorem accelerantem, ad Illustrissimam Dominationem Vestram prius deflectere coegi. Ego ex his omnibus, quae et antehac semper colligebam et quae inde significantius percipio, certissimum bellum nobis imminere, et difficile sane in hunc iam annum ab illo se subducere possimus, ego magis futurum credo quam discedo. De eiusmodi autem rebus, quae cum periculo sunt coniunctae, serius addubitare non sine grandi iactura illarum eventus fieri solent. Et nos ipsi non usque adeo oscitantes ea, quae certissime perferuntur, excipere debemus. Sed audiet Illustrissima Dominatio Vestra ex hoc iuvene, qui quod nuper e Piotrkovia voluntate Regiae Maiestatis ad illas parteis, expiscandi res omnes gratia, missus fuerat, accurate omnia, utpote qui antea mores hominum, commercium linguae et non obscurum sane locum servicii tenuit, observabat et plane habet explorata, quod alteri cuivis non facile assequi daretur. Adhibuit omnem diligentiam nec segnem operam, ut penitus scrutando singula cognita et certa adferret. Duxit etiam locum eum famulicij sui deperdere, in quo et honestissimorum morum exercitium et hoc stipendium, quo posset commode ratione aetatis suae sustentari, capiebat. Pluris autem ille omnibus istis gratiam Sacrae Regiae [Maiestatis] sibi proponebat, ut his obsequiis, parvo saltem viatico accepto, ei inserviret.

Rogo, velit eum Illustrissima Dominatio Vestra Maiestati Regiae per literas commendare, ut eum in gratiam et pietatem suam regiam recipiat et conditione alicuius provisionis augeat, unde ipse aliquid amminiculi capiens, Maiestati Suae alacrius serviat. Qua certe dignus cum sit, tum eo magis futurus est servitor. Nam cum primis solercia ac ingenuorum morum venustate est praeditus. Virtus probitasque haec mihi, cum a puero eum educavi, plane est cognita et in hac aetate sua praeclaram animi incitationem ad virtutes heroicis video. Nec proinde dubito, quod eum ad quaevis honorifica munia dignum servitorem Maiestas Sua est habitura, apud quam cum ope et gratia Illustrissimae Dominationis Vestrae se bene promovisse intelliget, debet hoc nomine perpetua sua studia Illustrissimae Dominationi Vestrae, cuius hanc commendationem, quam pro eo honorificentorem interposuerit, non fallet procul dubio... Sandomiriae, XXVI die Marcii, anno Domini MDXLVIII.

Illustrissimae Dominationis Vestrae

<sup>b)</sup> servitor

Ioannes Comes in Tarnow etc. subscripsit.<sup>c)</sup>

a) in ms. suos

z) sic in ms.

b)-c) manu propria.



*Schedula adiuncta:*

Quoniam ex hac charta novorum, quam mitto, intelligit bene Illustrissima Dominatio Vestra eum nequam hominem, Hanns Won Goslier<sup>1)</sup>, iaculatores et architectos Moscho conquirere, nec sine evidenti nota conspirationis alicuius in nos, quare cum id nostro malo cedere videtur, quaeso curare velit Illustrissima Dominatio Vestra sollicite, ut per dispositos insidiatores suos in itinere, qua iturus est, hic dolorum magister posset intercipi, et tum cum cohorte sua enecari. Quod si ita cederet, rem profecto sua laude dignam, tum sibi atque Principibus nostris gratam, nec minus utilem perfecerit.

1) Ioannes Schlitte.

*Annexum: Novitates ex Augusta de 4.III.1548.*

Racz tesz W.M. wyedzyecz, zessmy szsam polsky narod zgola wssythko gracią gi existimacia straczily, a nye wyem skath tho yest, ze wsythko wyedza, czo sye tam u nas dzyeye y thak bacze, ze ssye ssam o nyedobrem naszym radzy a trudno bes tego chiba, zeby ssam Pan Bog s laskyey szvey odmyenycz raczil, aby tam w Polsce pevnye gosczye nye byly. Pyrwey sam bylo slyszecz y o tem movyono o woynye do Wloch albo do Franczyey, alye theras yus nec ullum verbum o thym, a snadz yuss na ten rok yesth pewne postanowyenye. Gotowosczy yus szam dosycz k they walcze nasszey, bo yuss przesz 20.000 lyudzy, przeto Hethmany przymuya lyudzy. Iescze wyeczey pothayemnye pysza tak to ssam iavnye inaczy kozdi sye domyslycz moze, yss o nas ym ydzye. Duca de Alva, ktory nyedawno do Hispanyey poslan, then ma thess kylka thysseyczy lyudzy wywyeszcz Hyspanyolow. In summa, Mylosczywy Panye, chyba zeby czo przekazylo, bądzye pewny a ysthy nyepokoy, a przydzye-li k tham, bądzye tam chcziala bycz wsythka mosnoszcz okazana, ponyewasz wsdy za laska boza wyethssa szam slawa o moznoszczi nassey, nyss yest reipsa, bada chczyecz tam nyelada yako przyechacz.

S krolyową Marią to sye ssam postanowyenye dzyeye, aby odstapyla thego, czo Wągrzech ma, a yss by zato summe nyaka wsyela, nye slysałem yesly szye yus dala k themu przywyeszcz, alye wysyczy thussa, ze sye vmo-wycz da.

Xyazeczyu Wyrthemberskymu<sup>1)</sup> sam nyedobrze thussa. Slano pony, aby stanal na Seymye; nye stanal a tak podobno contumacie reus erit a thussa mu, ze go zasye z zyemya wypedza, czego laczno dowyoda. Bo yakoss od owey walky, kthora Czessarz wyodl s Konffyrstem,<sup>2)</sup> thedy Hyspany y Nyemczy, czessarsczy lyudzye, na wyelyu myeschach<sup>3)</sup> w zyemy yego lyeza y wyelye przeczywnosczy mu czynya, a on czyerpycz musy. Xyaze Bawarskye<sup>3)</sup> stara ssye o to, aby post decessum Frederici Falczgrawy electoratum mu dano, aby yuss deinceps Kxyaze Bawarskye albo szyn yego byl electorem.

Panu Woywodzye Seraczkymu<sup>4)</sup> dano u Czessarza audiencią y druga rass pothem, a vsakze yenak nygdy nye przipuszcza do Czessarza; ukazano mu potym audiencia, yss yuss odprawe apud Episcopum Atrebatensem<sup>5)</sup> y tham s tego nycz nye bylo. A tak y na thych malych rzeczach ukazuye sye sam nyelaska a nyechucz.

Gdykolvyek bankyety bywaly, tedi gdy tess byl wsyvan do tego pan Lasky, thady ssadzano y vyssey nyzby electory, yako posla crolyewskygo. Therasz sznacz roskazono aby electorow nyzy syadal; y snadz nye barzo powaznye pana nassego na ten czass spomynano, czego sye panye Boze pozal. Prosszono pothym pana Laskygo na obyath, alye yss to byl yuss

przedtem poczul a dowyedzial ssye, tedy rostopnye w thym ssobye poczal y wymowyl ssye gi powyedzial, ze vyroszumyaly nyeczno yss by go to podkacz myalo. A tak powyedzial, by sye panu memu miala v tim lyek-kosc stacz, volyal bych stad nye wyechacz zdrowo y nye ssedl tam w the godzyne.

Synowy yego, ktory pacholyeczyem u Czessarza yesth, dal mu Czessarz krzysy czerwony na przyczynie oyczowska. Na czo ssam, gdi komu yus habitum dadza, iego uczynya cavalierem, 70 zlotych dochodu kozdi rok, a komu szczesze posluzy, wdi y ku commendariam przichodza, gdi yuss ktho cavalierem yest. Vydze ze pan Lasky tego wdzyeczen, alye, yako roszumyem, bylby wdzyecznyesszy, gdyby szam s laska a spokoyem od-prawyon byl.

Okolo tego mystrza Nyemyeczkygo<sup>6)</sup> vyelye szam terasz lyudzi ryczer-skich choczi, gy commendorow z Nyemyecz wyelye okolo yego. Dopuszczil mu Czessarz bycz mynycze, aby thym moznyeyssy byl k walcze. Thes wsythky zakony Nyemyeczkye gi capituli wsythky na to sye skladaya a Mahuricy then przysyagl go nye przestawacz do ostathney szuknye. Czes-sarzowy any da wythchnacz mysthrz, proszacz a powyedayacz ze sye taka occasia nygdy nye traphy. A tak wsisczy thussza — quod pulsanti aperie-tur. Rychlo ssye okaze czo ma bycz, a Panye Boze day yeno, aby bylo ku nassemu dobremu.

Iesth ssam czos za chlop Hanns won Goslyer Nyemyecz, powiedaya, ze yest z Lypska myesczany. Then snadz za dozwoleyenem czessarzkym przymuye ssam Moskyewskiyemu Xyazaczyu<sup>7)</sup> budownyky zamkow, puskarze, thy czo dziala lyeya, czo kamky opravuya, yus ich slysse ma przess 50, a 200 ych przyacz chce, a vyerz W.M. temu, ze to nye plyothky, doslyszmy sham tego, ze yest rzecz prawdywa. Moze W.M. roszumycz na kogo sye to byerze. A gdzye by byla sprawa mogly by sye czy chlopy tam kady na granicy zahamowacz albo zbycz. A ktho vye ny ma-li to tam kxyaza od kogo sam stad potuchy.

Cum Pontifice Maximo<sup>8)</sup> videntur iam omnia esse pacaciora, quam fuerunt antea, ita ut de bello in Italiam transferendo nulla amplius men-cio fiat.

Cesarea Maiestas hucusque hic Comicia Imperii habet. In quibus que agitantur negocia, ex iis, que antehac a Paulo Germanica scripta missa sunt, Illustrissima Dominacio Vestra cognovit. Valet hucusque Cesarea Maiestas commodissime. Verumtamen ut adverse valetudini occurrat, gwa-iacio uti, hac Quadragesima nusquam hinc esse discessuram Suam Maie-statem.

Reverendissimus Dominus Cardinalis Augustanus,<sup>9)</sup> generis Polonici nostri patronus, inciderat in periculosum morbi genus, cuius etsi acerbior et maior pars est iam depulsa, tamen se domi continet hucusque Sua Reverendissima Dominacio, in lucem prodit nunquam.

Reverendissimus Dominus Cardinalis Sfrondatus, Pontificis Legatus, nondum in urbem<sup>b)</sup> discessit ac ne toto hoc quidem Quadragesime tem-pore discessurus fertur.

De Concilio religionis causa inicio frequens hic fuit sermo habitus, nunc silencio miro est oppressus.

Captivi utriusque Principes, Dux Saxonie et Landgravius Hessie<sup>10)</sup> vide-licet, in custodia habentur, hic Nerlingae,<sup>11)</sup> ille Augustae. Quid de utro-que ad extremum futurum sit, certum non est. De Landgravio agitur ma-gno studio a Principibus iis, qui illi, uti se sisteret apud Cesaream Maie-statem, persuaserunt pacisque publice causa literas fidei sue dederunt.

Illustrissimo Duci Mauricio insignia electoratus et archimarsalcatus

Imperii nuper sunt publice data, summo omnium applausu. Acta res autem est in circo urbis maximo, ante palacium Cesaree Maiestatis, magna cum solennitate, Cesarea Maiestate in maiestate et insignibus imperatoriiis sedente. Omnium earum cerimoniarum spectator fuit filius Illustrissime Dominacionis Vestre.<sup>12)</sup>

Rex Thuneti a proprio filio<sup>13)</sup> et Regno et oculis privatus, cum uno ex filiis ex<sup>c)</sup> Mauritania in Hispanias profugit filiumque huc hisce diebus ad Cesaream Maiestatem conquestum et auxilia imploratum misit.

Argentinenses XVIII Februarii, presentibus Vilhelmo Iuliacensi et Alberto Bavariae Ducibus, a Romanorum Regia Maiestate veniam sui excessus precati sunt. Idem quoque et Ernestus Dux Bransvicensis XX Februarii.

I die Marcii Marchio Ioannes advenit. Dicunt relaturum esse ipsum Cesaree Maiestati et Statibus Imperii damna et iniurias, ut ipse asserit, sibi a Domino Poznaniensi<sup>14)</sup> illatas.

Datum Auguste, IIII Marcii.

a) sequitur expunctum by

b) in ms.: irbem

c) in ms. et

d) lectio incerta.

z) sic in ms.

1) *Utricus*.

2) *Mauritius dux Saxoniae*.

3) *Albertus V*.

4) *Stanislaus Laski*.

5) *Antonius Granvella*.

6) *Volffangus Schutzbar*.

7) *Ioannes IV*.

8) *Paulus III*.

9) *Otto Truchsess*.

10) *Ioannes Fridericus et Philippus*.

11) *Nerling*.

12) *Ioannes Christophorus Tarnowski*.

13) *Mulai Hassan*.

14) *Andreas a Gôrka*.

N. 1070.

*Sztum, 31.III.1548.*

*Christophorus Konarski*

*Alberto in Prussia duci*

*significat se a rege legatum nominatum esse ad electorem Brandenburgensem [Ioachimium] et ad marchionem Ioannem; castellanum Gedanensem, Georgium Konopacki, ad regem Daniae [Christianum III] et Stanislaum Kostka ad utrumque ducem Pomeraniae; mittit exemplar legationis ad marchionem Ioannem; de Stanislaio Laski refert.*

*Sigill.*

*(Annexa: 1. exemplar instructionis ad marchionem Ioannem Brandenburgensem; 2. epistola de pace servanda ad Ioachimium electorem Brandenburgensem)*

*H B A, B 2, K.375.*

*Durchlauchtiger etc.*

Noch erbittunge... fuge ich himitte ganz undertheniglich E.F.G., meinem gnedigsten hern, zu wyssen, dass mych mein gnedigster her, der alte konigk, an dy beyde margroffen, hern churfursten von Brandenburgk und margroff Hansen, in legatione schiketh. Den inhalt und copy der legation schike ich hineben E.F.D. undertheniglich zue. Doraus E.F.D. den inhalt grundlichen einnehmen wirdth etc. Nichts weniger wysse auch E.F.D., dass der her danczker castellan, der von Conopath, an den konigk

von Dennenmarcke<sup>1)</sup> geschiketh wyrth und des hern Kostken son zu den beyden fursten von Pomeran,<sup>2)</sup> yrer legation inhalt laudth auch fasth also wy meins.

Vom hern Lasky weyss ich E.F.D. uff dyssmoll nichts sunderlichs zu schreiben, allein dass seyn diner den donnerstag vor Palmarum, gleuch<sup>a)</sup> wy ich wolph von Krokaw ausszihen, ysth gegen Krokaw ankommen und bitteth mith hohem vleysse, dass ym seine ko. mt. wolph uffs allerersth noch einen oratorem an den keyser in auxilium schiken, wywoll seine ko. mt. hoth vormalss an yn geschryben, her soll anhalten, dass dy sache per commyssarios zur freundlicher handlung kommen, wo nycht, das her protestationem mache, nicht lenger zu harren, und sich heim begeben. Doch dyss wyrdth E.F.D. sunder zweyfel alles grundlicher wyssen. Her schreibeth auch und bitteth, ut sibi regia maiestas querat belli socios et amicos. Aber seins schreibens inhalt<sup>b)</sup> und auch des deutschen meysters<sup>3)</sup> uff des hern Lasky legation antworth habe ich E.F.D. wollen zuschiken. Also hot ess der her Czem, marienburgischer woyewode, von myr genumen, E.F.D. solchs mit dem ersten zu uberschiken etc. Solchs habe ich E.F.D., meynem gnedigsten hern, auss undertheniger vorpflicht nicht wollen vorhalten... Datum Sthum, eylende, Sonnabenth vor Osteren im jar 1548.

E.F.D.  
ganz undertheniger diner  
Chrystoff Conarsky.

a) in margine.

b) sequitur expunctum: habe

1) Christianus III.

2) Barnim IX et Philippus.

3) Volfgangus Schutzbar.

#### *Annexum I:*

Instructio ad Illustrem Principem Dominum Ioannem Marchionem Brandenburgensem, Generoso Christofero Konarski data.

Illustrissime Princeps etc.

Quae unis atque alteris litteris scripserat Illustritas Vestra de disiectis aggeribus sive tumulis, quibus fines erant terminati inter Serenissimi Principis mei et Illustritatis Vestrae ditiones, ea Serenissimus Princeps et Dominus meus ita facta esse non probavit, ac si authores eius rei qui fuerint, cognoscere potuisset, debita in eos animadversio usus esset. Caeterum nec illud probare potuit Maiestas eius, quod qui non legitime disiecti fuerant aggeres, eos Illustritas Vestra, aequae non legitime, non vocatis et assentientibus iis, quorum intererat, instaurandos curavit. Facile credit Maiestas eius, quod scripsit Illustritas Vestra, iisdem in locis instauratos esse, in quibus disiecti fuerant, sed legitime id tamen factum oportuit. Quam ob rem ab utraque parte Maiestas eius erratum esse videt, ac aequae censebat Maiestas eius, quandoquidem prior ille error corrigi non poterat<sup>a)</sup>, saltem ut posterior corrigeretur, et quod aggeres minus legitime factos esse constabat, ii disiiicerentur.

Quoniam tamen cum Illustritate Vestra res fuit, cuius amicitiam Serenissimus Princeps meus fecit semper plurimi, significavit quidem suis litteris Illustritati Vestrae, quid aequum iudicaret. Sed contra tamen illius voluntatem fieri quicquam noluit. Factura Maiestas eius libenter, ut Commissarios mittat, sicut Illustritas Vestra postulavit, dummodo de tempore inter Maiestatem eius et Illustritatem Vestram convenire possit. Hoc enim summum studium semper fuit Maiestatis eius, ut cum alios Principes christianos, tum Vestram Illustritatem imprimis, cuius fratri, Illustrissimo

Domino Ioachimo Marchioni Brandenburgensi Electori, filiam suam<sup>1)</sup> charissimam in matrimonium dedit, omnibus amici hominis officiis sibi devinciret. Sed videt interea Maiestas eius, quantum ipsa pacis et tranquillitatis ac amicitiae propagandae est studiosa, tantum laborare alios, ut pacem et tranquillitatem christianam perturbent. Ex quorum numero est Magister quidam Ordinis,<sup>2)</sup> qui se nescio quid iuris habere praetendit in terras Serenissimi Principis mei Prussiae.

Quod optat Maiestas Domini mei, idem sperat fore, ut cogitata ille non perficiat, et ab hoc suo tam parum christiano instituto dimoveatur. Sed quia praevisa iacula minus nocere dicuntur, facit nihilominus Maiestas Domini mei, ut, si quid facere preter officium Magister ille aggressus sit et ea, quae sua non sunt, occupare animum induxerit, non cum Imperatore rem sibi esse sentiat. Quoniam vero fieri potest, ut per Illustritatis Vestrae terras Magister ille in terras Maiestatis Domini mei, si forte in suo parum christiano instituto perstiterit, invadere conetur, petit Serenissimus Rex meus Illustritatem Vestram, ut memor necessitudinis, quae ipsi ac Illustrissimo fratri ipsius cum Maiestate eius intercedit, non modo nihil ipsa Magistro isti opis ferat, verum etiam ut accessum per terras illius habeat, in terras Serenissimi Regis mei, ne permittat.

Fieri potest, ut sunt humani casus, ut ipsa quoque Illustritas Vestra aliquod non dissimile officii genus a Maiestate Domini mei postulare aliquando opus habeat, tanquam ab eo Rege, qui non modo sanguinis illi necessitudine coniunctus est, verum etiam terrarum vicinitate. Que quidem vicinitas in propinqua amicitiae parte reputari solet. Tanto id magis, quasi iure suo, olim exigere poterit, quanto se nunc animo esse propensiolem in partes Maiestatis eius ostenderit. Quae grati Regis officiis officium hoc Illustritatis Vestrae per quamlibet occasionem compensare studebit. Aget etiam cum Illustritate Vestra de Iudeis, qui prohiberi se transitu per ditiones illius queruntur, postulatque Maiestas eius, ne ea re illos Illustritas Vestra gravet, cum in Regno Serenissimi Principis mei subditi illius non modo transitu non prohibentur, sed commertia eciam libera illis permittuntur.

Raptissime.

a) *in ms.* potuit

1) *Hedvigis.*

2) *Volfgangus Schutzbar.*

#### *Annexum II: de pace servanda.*

Ioachimo Electori Brandeburgensi.

Sacra Maiestas Regia, Dominus meus clementissimus, in hoc semper fuit, quorum posset Regum ac Principum christianorum amicitias sibi conciliare pacemque et tranquillitatem cum eis non ipsa modo conservare, verum etiam conservandam inter ipsos curare. Itaque tantum abest, ut belli contra se gerendi cuiquam occasionem dederit, ut si quod etiam geri accepisset inter Principes christianos, id, quibus posset honestis rationibus, dirimendum curaret. Hoc animo cum semper fuerit Maiestas eius, effugere tamen non potuit, quin illi bellum quidam inferre conarentur. Etsi enim, an successuri sint illis conatus illorum, certi quicquam et explorati non habet. Quin potius ea adhuc spe est fore, ut eorum parum christianae cogitationes ad exitum non perducantur. Quoniam tamen iactare minas quasdam, nescio cuius Ordinis, Magister quidam dicitur, non esse putat Maiestas Domini mei ea, quae audit, contemnenda. Itaque dat operam

Maiestas eius, ut se ita paret, quo Magister iste, si forte homines Serenissimi Principis mei armis invasurus esset, nequaquam eos imparatos offendat. Quoniam vero pervenire hostis in terras Prussiae aut alias quas-cumque Serenissimi Regis mei commode non posse videtur, nisi Vestrae quoque Illustritatis terras attingat et per eas iter faciat, rogat Illustritatem Vestram Serenissimus Princeps et Dominus meus, ut accessum per terras suas in Maiestatis Domini mei ditionem hostibus ne permittat, sed eos arcere potius conetur. Hoc arctissima necessitudo, qua Illustritas Vestra et Serenissimum Principem meum, cuius filiam habet in matrimonio, et Illustrem Dominum Albertum Marchionem, in Prussia Ducem, cuius frater patruelis est, attingit, etiam tacente Serenissimo Principe meo, clamare tamen ipsa et ab Illustritate Vestra flagitare videtur. Quin et hoc petit Serenissimus Rex et Dominus meus, si forte conscribere voluerit milites aliquos ex terris Illustritatis Vestrae Maiestas eius aut Illustris Dominus Dux in Prussia, ut eis potestatem hanc permittat. Plurimum ea re sibi Maiestatem, Dominum meum, devinciet atque ad omne officii genus vicissim illi praestandum promptam et alacrem reddiderit.

N. 1071.

Posnaniae, 2.IV.1548.

*Andreas a Gôrka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci*

*Iacobum Secygniowski, negotiis urgentibus, celeriter ad regem iuniorem  
properantem, commendat, ut ei dux de equis dispositis prospiciat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1072.

Goraj, 2.IV.1548.

*Stanislaus Cikowski de Wojstawice  
Alberto in Prussia duci*

*se cum equitibus in servitium militare ducis certis conditionibus ingredi  
paratum declarat simulque alios duos capitaneos commendat: Christo-  
phorum Gnojeński et Procopium Sieniawski. In schedula: de matri-  
monio Sigismundi Augusti.*

*Sigill. Autogr.*

*(Annexa: 2 epistolae Sigismundi Augusti et Sigismundi I regis ad  
Cikowski de 13.II et 4.III.1548, quibus ad projectionem in bellum.  
eum paratum esse iubet)*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*Quando veni at<sup>2)</sup> domum suam a Vestra Illustrissima Celsitudine,  
inveni litteras a Serenissimis Principibus, Dominis meis clementissimis,  
ut ducerem equites, ut melius inteliet<sup>2)</sup> Vestra Illustrissima Celsitudo de*

literis istis, quas ego mito <sup>2)</sup> Vestre Illustrissime Celsitudini. Videbat <sup>2)</sup> mihi res necessaria, ut miterem <sup>2)</sup> instanti istas literas Vestre Illustrissime Celsitudinis. Pro ea causa inprimis, ut eciam Vestra Illustrissima Celsitudo sciret, qualem <sup>2)</sup> stipendium volt dare Maiestas Regia suis militibus, et si possibile est, ut pro tali stipendio poteret aliquis servire in Prussiam aut ire at bellum. Alia causa, ut videat Vestra Illustrissima Celsitudo, comodo fuimus parati contra tam magnum hostem. Scripserunt at nos literas, ut fieremus parati pro florenibus 10 at quartale, cum fortissimis viris et bene armatis. Et at hoc tempus nesciunt, si quis serviet pro tali stipendio. Ego certe scio, quod nullus serviet. Certe non est bona vigilacio. Non sic debet, si quis volt bene defendere Regnum, non modo ordinare instrumenta, quando iam inimicus vadit at depugnandum Regnum.

Et propterea scribo ista, quot res ista attinet eciam Vestram Illustrissimam Celsitudinem, Dominum meum. Scribo, ut fidelis servitor, ut ista sciendo, quit agitur aput nos, quot sumus negligentes in istis rebus, ut Vestra Illustrissima Celsitudo solus vigilaret in rebus suis et nostros Principes atmoneret, ut melius vigilaremus et ut ante tempus haberemus parata instrumenta, quia modo certe male fuimus parati, quot et pudor est de isto loquere <sup>2)</sup> etc. Tercia causa, ut ego, ut servitor, atmonerem Vestram Illustrissimam Celsitudinem, ut postea ante tempus Vestra Illustrissima Celsitudo conveniret de stipendio cum militibus, cum istis, quos volt Vestra Illustrissima Celsitudo de Polonia habere. Quia modo melius intellexi, quando inceperunt de bello loquere, <sup>2)</sup> quod multi homines, qui prius serviebant, modo volunt domi manere et mallunt ex gromia <sup>2)</sup> victum et amictum querere, quam pro thali <sup>2)</sup> stipendio, quod Maiestas Regia volt dare, at servicium ire et omnia perdere. Et propterea scribo, ut postea non mea culpa fieret, est necesse, ut unus quisque ante tempus ordinaret socios idoneos. Et quomodo tunc debeo ordinare, quando eis nescio providere solarium <sup>2)</sup>?

Iam scio, quod iam est pax, set propterea scribo, ut postea Vestra Illustrissima Celsitudo ante tempus conveniret de stipendio cum militibus, ut mea culpa non fieret, quia si mihi iuberet Vestra Illustrissima Celsitudo cito venire, et si eciam pro magno solario <sup>2)</sup> ego non poterem <sup>2)</sup> eos tam cito ordinare, si antea paratos non habebo. Et propterea scribo, non propter aliquem <sup>2)</sup> suum <sup>2)</sup> comodum, set ut fidelis servitor Vestre Illustrissime Celsitudinis, et eciam quod nollerem, <sup>2)</sup> ut, aufer Domine Deus, ut aliquis falleretur per me. Ego quid promito <sup>2)</sup> alicui, ita curam facio, ut satisfacerem quid, nisi mihi possibile est.

Quarta causa, ut Vestra Illustrissima Celsitudo, videndo istas literas, que mihi sunt scripte a Serenissimis Principibus, ut modo ante causam prolatam Vestra Illustrissima Celsitudo scriberet literas suas at Serenissimos Principes, ut mihi ex gracia sua promisit Vestra Illustrissima Celsitudo, ut mihi cum gracia veniam darent, et ut cum voluntate Sue Sacre Magestatis serviam Vestre Illustrissime Celsitudini. Verum est, quod liberum arbitrium est mihi Dominis meis servire aut non servire, sed utique, quod mihi modo scripserunt, dicerent postea: Nobis noluit servire et aliunde servit. Et ideo ego rogo Vestram Illustrissimam Celsitudinem, Dominum meum clementissimum, ut scriberet Vestra Illustrissima Celsitudo at Serenissimos Principes, Dominos meos clementissimos, ut cum gracia veniam mihi darent at servicium Vestre Illustrissime Celsitudini, et ut mihi literas scriberent, dando mihi veniam.

Ego eciam scripsi modo suam <sup>2)</sup> epistolam at Sacram Regiam Magestatem iuniorum at Lituaniam. At istas literas, que <sup>2)</sup> mihi misit Sua Magestas Regia, quas modo at Vestram Illustrissimam Celsitudinem

mito,<sup>2)</sup> excusando me, quod pro tali solario<sup>2)</sup> ego servire non possum etc. Et nullam aduc mencionem feci, quod sum obligatus at servicium Vestre Illustrissime Celsitudini, propterea quod prius scriberet Vestra Illustrissima Celsitudo at Suas Magestates Regias. Quod humiliter rogo, ut Vestra Illustrissima Celsitudo faciat.

Eciam sciat Vestra Illustrissima Celsitudo, quod sum locutus cum Domino Christophero Gnoiensky, ut ille eciam serviret Vestre Illustrissime Celsitudini. Ille mihi dedit responsum, quod ego habeo magnum affectum at servicium Sue Illustrissime Celsitudini, set inprimis quod servitor sum Serenissimi Regis iuniori,<sup>2)</sup> aduc fui parvus, licet non scripsi equos in curia neque scribam, set non semel Maiestas Regia recordabat mihi, quot: tu es servus meus. Et eciam modo scripserunt ei literas a Serenissimis Principibus tales, sicut et mihi, ut duceret equites at Prusiam, set ille pro tali solario<sup>2)</sup> non ibit. Et ea causa non potuit promittere,<sup>2)</sup> ut serviret Vestre Illustrissime Celsitudini. Set si volt Vestra Illustrissima Celsitudo eum habere, et ego certe consulo, quia homo est idoneus, tunc Vestra Illustrissima Celsitudo scribat at Serenissimos Principes, ut ei darent eciam veniam cum gratia et ut at eum scriberent literas suas, dando ei veniam, et ille libentissimo animo serviet Vestre Illustrissime Celsitudini tali modo.

Eciam venit mihi in mentem, quot Dominus Procop Syenyawsky, qui habet fratrem, vocatur Palatinus Belzecensis<sup>1)</sup> et Capitaneus in Campo, primus post Illustrem Dominum Tarnoviensem est, homo magnus in Polonia, et ego libenter viderem et consulo, ut Vestra Illustrissima Celsitudo haberet eum pro servitore mecum in societate, quia homo est idoneus et bene peritus in bello. Hoc testimonium dabunt omnes in Polonia de illo, quid ego modo scribo. Et equitavit modo iste Dominus Procop Syenyawsky at Illustrem Dominum Poznaniensem.<sup>2)</sup> Habet aliquam necessitatem, et ego sciendo, quot Illustris Dominus Poznaniensis est magnus amicus Vestre Illustrissime Celsitudini, ut ego intellexi, scripsi Sue Magnificencie solus a se ipso, rogando, quod eum ordinaret at servicium Vestre Illustrissime Celsitudini. Vestra Illustrissima Celsitudo accipiat a me cum gratia, a suo servitore.

Mito<sup>2)</sup> eciam epistolam, quam scripsit Dominus Laski Maiestati Regie, quod iam pax est. Inteligo, quod Vestra Illustrissima Celsitudo iam istas novitates habet, set ego eciam scribo, ut servitor. Cum gratia accipiat a me Vestra Illustrissima Celsitudo, rogo. Ego scribo non congrue. Parcat Vestra Illustrissima Celsitudo, quia melius nescio, et nolui, ut aliquis mihi scriberet, nisi solus manu sua. Et rogo, ut Vestra Illustrissima Celsitudo istam epistolam delaceraret, ut nullus legeret, nisi solus Vestra Illustrissima Celsitudo, quia ego scribo aperte, ut servitor fidelis, et quot Vestram Illustrissimam Celsitudinem amo, Dominum suum.

Eciam mihi videtur necesse,<sup>2)</sup> ut scriberem Vestre Illustrissime Celsitudini, ut, si aliquis voleret<sup>2)</sup> servire Vestre Illustrissime Celsitudini de Polonia in istis rebus bellicis, ego consilium do, ut nullum Vestra Illustrissima Celsitudo accipiat sine consilio meo, quia ego nosco homines bene in Polonia et scio, quis bonus et quis latro, aut quis doctus in ista arte aut quis indoctus. Quia magni Domini aliquando scribunt literas, laudando hominem, et soli nesciunt, qui laudant. Ego cum bonis hominibus libenter fierem in societate.<sup>a)</sup> Det Deus, ut non fieret opus.<sup>b)</sup> Bonum militem non est necesse<sup>2)</sup> literis commendare, set fama eius commendat eum, propterea scribo, ut servitor fidelis, ut non falleret Vestra Illustrissima Celsitudo in nullis rebus, quia multi sunt vocati, pauci vero electi. De istis, quot ego scribo, de Domino Cristophero Gnoiensky et Domino Procopo



Syenyawsky, quot sunt homines idonei. Tamen iam habebit Vestra Illustrissima Celsitudo longiorem<sup>2)</sup> tempus at explorandum. Interoga<sup>2)</sup> tunc Vestra Illustrissima Celsitudo omnes homines in Polonia, divites et pauperes, si eciam et minimi fierent, eis illi non posunt<sup>2)</sup> aliter dicere, nisi quot ego scribo. Et certe ego consulo, ut Vestra Illustrissima Celsitudo istos duos homines haberet pro servitoribus in societate mecum, quia ego veritatem scribo, quot non multos inveniuntur<sup>2)</sup> tales homines idoneos inter Rotmagistros, sicut illi sunt. Et si habebit Vestra Illustrissima Celsitudo istos homines, vere mihi videtur, quot principium inter Rotmagistros in Polonia accipiet Vestra Illustrissima Celsitudo, quia sunt multi voce, set non significacione. Ego certe in istis rebus nollo videre commodum suum, set commodum Vestre Illustrissime Celsitudinis, et non sum avidus, quot nisi solus unus volerem<sup>2)</sup> esse aput Vestram Illustrissimam Celsitudinem et solus regere in isto exercitu, que<sup>2)</sup> deberemus ducere de Polonia at Vestram Illustrissimam Celsitudinem, ego mallerem,<sup>2)</sup> quod omnes fierent idonei, et ideo volo ordinare tales homines, qui sunt idonei, et quot illi<sup>2)</sup> contingerent et at forum et at corum. Melius inteligo, quam scio scribere...

Datum in Gorai, 2 Aprilis, anno Domini 1548.

Vestre Illustrissime Celsitudinis  
servitor  
Stanislaus Czykowsky de Voyslawycze  
manu propria

- a) societate *suprascriptum pro expuncto*: necessitate      z) *sic in ms.*  
1) *Nicolaus Siemawski.*  
b) *haec propositio supra lineam scripta est.*      2) *Andreas a Górka.*

*Schedula postscripta:*

Propterea scribo, ut Vestra Illustrissima Celsitudo haberet homines idoneos, qui aliquando contingerent at forum et at corum, quia isti homines habent magnam dilectionem inter omnes homines in isto Regno, et magnis Dominis Principibus est necesse, ut haberent in diversis locis homines idoneos. Nescio multum scribere, melius inteligo, set utique scribam, quot Vestra Illustrissima Celsitudo habet magnam dilectionem in nostro Regno a hominibus militaribus. Aufer, Domine Deus, set utique sumus omnes mortales, mortem at iuniorem Regem, qui est Lituaniae, magnam vocem haberet Vestra Illustrissima Celsitudo ab hominibus militaribus, quia multi sciunt, quot Vestra Illustrissima Celsitudo est Dominus idoneus, quot poteret<sup>2)</sup> totam Cristianitatem regere. Det Deus Altissimus longam sanitatem Serenissimi Regis<sup>2)</sup> iuniori. Set utique est unum adagium: mutantur tempora et nos mutamur in eis, et homines sapientes decet, ut de longe res suas providerent et remote respicerent, rogo rogo,<sup>2)</sup> accipiat a me Vestra Illustrissima Celsitudo bono animo cum gratia, quia propterea scribo ea, quot Vestram Illustrissimam Celsitudinem amo, Dominum suum, et rogo humiliter, ut Vestra Illustrissima Celsitudo statim delaceraret istam kartam et istas epistolas.

Iste error, qui est factus in Lituania cum ista muliere,<sup>a)</sup> que:n<sup>z)</sup> accepit Maiestas Regia pro uxore, certe timendum est, aufer Domine Deus, ut post parvum tempus iste error aduc maiorem errorem non faceret. Sunt iam signa, aufer Deus, quot post parvum tempus non fierent miracula, quia multis hominibus militaribus non placet, quot est factum hoc. Deus convertat in bonam partem, set signa non sunt bona. Dominus protector noster. Hoc scribo, quit certe scio, Vestra Illustrissima Celsitudo cum gratia accipiat, quot multum scripsi.

- a) *suprascriptum pro expuncto*: uxore      z) *sic in ms.*

*Annexum I: Sigismundus Augustus ad Stanislaum Cikowski, 13.II.1548.*

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc.

Generose, Fidelis, Dilecte.

Quandoquidem Serenissimus Rex, Dominus parens noster colendissimus, partim ob senectutem per se gravem, partim ob adversam valetudinem, negotium belli gerendi, si necessitas postulaverit, nobis committere dignata<sup>z)</sup> est, iure optimo nec potuimus nec volumus tam Suae Sacrae Regiae Maiestati, quam Reipublicae, officium nostrum negare. Quum autem indies magis ac magis fama confirmari videatur de quorundam hostium moliminibus, provinciam nostram Prussiae, nescitur quo iure, sibi usurpantium, ita ut milites iam scribere et alia, quae usus belli requirit, parere dicantur, opere pretium est, ut et nos vigilemus ac mature provideamus, qua ratione hostium impetum reprimamus dominiisque nostris nullam vim et iniuriam inferri patiamur, cum laude omnium nostrum et Reipublicae utilitate.

Quapropter inter alios Centuriones nostros Tuam Fidelitatem elegimus eique stipendium ad ducentos equites designavimus: super unum quemque decem florenos Polonicos in singulos tres menses solvendos. Damna vero iuxta consuetudinem, in exercitibus nostris observatam, resarcientur. Itaque hortamur Fidelitatem Tuam, ut comitatum strenuum, fortem et in re militari expertum paret, pro suo erga Serenissimum Regem, Dominum parentem nostrum colendissimum, nos et Rempublicam amore ac officio, ut quando secundis literis Sacrae Maiestatis Regiae vel nostris Fidelitas Tua certior facta fuerit, stipendium accipiat et illuc proficiscatur, quo tempus et res vocaverit, Sacrae Maiestatis Regiae vel nos eundem fecerimus. Speramus Fidelitatem Tuam ea fide et affectu nobis ac Reipublicae servituram, qua antea servire solita est. Nos vero uberiore gratia nostra per occasionem referre curabimus. Datum Sandomiriae, die 13 Februarii, anno Domini MD48.

Ex commissione Sacrae Maiestatis Regiae  
propria.

*z) sic in ms.*

*Annexum II: Sigismundus I ad Stanislaum Cikowski, 4.III.1548.*

Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae etc.

Generose, Fidelis, nobis Dilecte.

Perfertur ad nos Magistrum quendam Ordinis Teutonici<sup>1)</sup> scribere milites et omnia bello necessaria comparare, quod in terras nostras Prussiae invadere cogitet, in quas iuris aliquid habere se praetendit. Cuius iniustis conatibus cum nos obviam ire sit necesse, facienda et ipsi omnia esse putavimus, ut ne nos imperatos<sup>2)</sup> offendat. Itaque inter alios turmarum praefectos sive Capitaneos, Tuam quoque Fidelitatem designavimus, ut stipendia nobis faceret ducentis equitibus, in singulos autem, pro recepto more, decem florenos pro trimestri spacio sive quartuali, ut vocant, Fidelitati Tuae numerandos. Damna vero iuxta consuetudinem patriae sarcienta curabimus.

Quare mandamus Fidelitati Tuae, ut a viris fortibus et strenuis et in re bellica versatis, ab equis etiam et armis rebusque omnibus ad bellum necessariis, citra tamen sumptum, instructa sit et parata, quo simul ut illi signum datum fuerit, ad locum alteris nostris sibi per nos designandum, accepto stipendio, quod non prius numerabimus, quam si necessitas postulaverit, proficiscatur eo, quo par est, comitatu. Quoniam vero nostra iam et aetas et valetudo affecta est, et bello gerendo minime idonea, omne

onus hoc, quatenus per eam nobis ipsis non licuerit proficisci, in Serenissimum Dominum Sigismundum Augustum Regem, filium nostrum unicum uniceque nobis dilectum, transferemus, eodem ut ipse, quo nos, summo cum imperio potestateque in bello versetur plenaque sit autoritate et dignitate regia non aliqua,<sup>a)</sup> quam qua nos, si praesentes essemus, funderemur. Illius itaque Maiestati haud aliter, atque nobis ipsis, Fidelitatem Tuam dicto audientem in omnibus esse volumus. Pro gratia nostra aliter non factura. Datum Cracoviae, IV Marcii, anno Domini MDXLVIII, Regni vero nostri XLII.

Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium.

a) *error amanuensis pro: alia*

z) *sic in ms.*

1) *Volfgangus Schutzbar.*

N. 1073.

Cracoviae, 3.IV.1548.

*Spytek Tarnowski, R.P. thesaurarius,  
Alberto in Prussia duci*

*ob mortem regis Poloniae senioris [Sigismundi I] se facultatem non habere significat annui stipendii duci persolvendi; hac in re ducem ad regem iuniorum [Sigismundum Augustum] scribere debere.*

*Vest. sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime ac Excellentissime Princeps etc.*

Die hesterna Illustrissime Excellencie Vestre mihi sunt reddite littere, quibus postulare dignata est, ut stipendium Vestre Illustrissime Excellencie quotannis solvi consuetum pro more curarem solvendum. Qua in re libenter, ut par erat, pro mea observancia Vestre Illustrissime Excellencie obsequerem, sed sabbato Pasche ex bonis meis per me lustratis Cracoviam reversus, die Resurrectionis Dominice, ultima quadra hore duodecime integri horologii, Maiestatem Regiam, Dominum nostrum clementissimum, comperi vitam cum morte commutasse. Que res auctoritatem officii mei michi ademit, ita ut sine mandato Sacrae Maiestatis Regie iunioris nichil michi facere liceat. Quia tamen certo scio Sacram Maiestatem Regiam Vestre Illustrissime Excellencie optime affectam, Maiestati Sue Illustrissima Excellencia Vestra scribere dignetur, ut quotannis eiusmodi stipendium Vestre Illustrissime Excellencie Marienburgi numeretur. Quod Maiestatem Regiam procul dubio spero facturam eaque ratione Vestram Illustrissimam Excellenciam sumptu et labore eo in negotio prestari solito levaturam...

Cracovie, die III mensis Aprilis, anno Domini 1548.

Vestre Illustrissime Excellencie  
servitor

Spitek de Tharnow, Regni Poloniae Tezaurarius etc.

a) manu sua subscripsit. b)

a)-b) *manu propria.*

N. 1074.

Posnaniae, 5.IV.1548.

*Andreas a Górka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
pro novis gratias agit; de conatibus magistri Ordinis certior fieri esse cupit.  
Sigill.*

H B A, B 2, K.375.

*Illustrissime Princeps etc.*

Tametsi ea fere omnia, quae de rebus novis Illustrissima Vestra Dominatio mihi communicare dignata est, apud nos habebantur prius, tamen transmissa propter haud obscuram propensae Illustrissimae Vestrae Dominationis erga me voluntatis significacionem longe gratissima extiterunt. Quo nomine maximas Illustrissimae Vestrae Dominationi gratias agens, polliceor me pari studio voluntateque id, quicquid est, occasione oblata compensaturum. Ceterum cum mihi certo constet Illustrissimam Vestram Dominationem de conatibus Magistri Ordinis<sup>1)</sup> indies ab his, quos exploratum misit, certissima expectare, ab Illustrissima Vestra Dominatione vehementer peto, cum per Posnaniam iter facere ut plurimum illis contingat, dignetur per occurrentem aliquem nuncium mihi notam quandam transmittere, qua contineatur, ut interrogati libere et indubitanter, ea omnia, quae certa et explorata de conatibus Magistri bellique ratione habuerint, mihi referant imperciantque. Quod Illustrissimam Vestram Dominationem, cum mea plurimum interesse videatur, haud gravatim facturam confido... Date Poznaniae, V Aprilis, anno Domini MDXLVIII.

a) Illustrissimae Dominationis Vestrae servitor  
Andreas Comes a Gorka etc. manu sua subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

1) *Volfgangus Schutzbar.*

N. 1075.

Lublino, 5.IV.1548.

*Ioannes Policki  
Alberto in Prussia duci  
audita instante ducis necessitate, operam suam servitiaque offert.  
Sigill.*

H B A, B 2, K.375.

N. 1076.

Iaroslaviae, 5.IV.1548.

*Anna de ducibus Masoviae Odrowążowa,  
Alberto in Prussia duci  
pro litteris, benevolentia plenis, gratias agit et nuntiat debitam duci  
pecuniae summam per Bernardum Pretwicz, capitaneum Barenssem,  
soluturam se esse.*

*Vest. sigilli.*

*(Schedula adiuncta, in qua redditae pecuniae quietationem petit)*

H B A, B 2, K.375.

*Hic in Archivo deposita sunt 4 scripta occasione adventus regis Sigismundi Augusti in Regnum, duci Alberto a quodam \*) missa:*

1. *epistola Samuelis Maciejowski ad clerum dioecesis Cracoviensis, typis impressa, de die 10.IV.1548;*
2. *oratio canonicorum Cracoviensium, post mortem Sigismundi I ad Sigismundum Augustum in Regnum excipiendum habita 23.V.1548;*
3. *oratio collegiatorum per Benedictum Cosmium ad Sigismundum Augustum habita, s.d.;*
4. *oratio decani capituli Sandomiriensis ad Sigismundum Augustum, s.d.*

*(Exemplaria)*

*H B A, B 2, K.375.*

*I: Epistola Samuelis Maciejowski ad clerum, typis impressa, 10.IV.1548.*

Samuel, Dei gratia Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniae Cancellarius, universis et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Guardianis, Praepositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus aliisque Prelatis et Canonicis, tam nostrae Cathedralis Cracoviensis, quam Conventualium et Collegiatarum Ecclesiarum Rectoribus, Plebanis, Viceplebanis, Vicariis perpetuis et manualibus aliisque Praesbiteris et Clericis Diocesis nostrae Cracoviensis, cuiuscunque status et dignitatis ac preeminentiae existentibus, necnon Ecclesiarum Ministris per et infra Diocesim nostram et civitatem Cracoviensem constitutis, salutem in Domino sempiternam.

Sic Deo visum est Optimo Maximo, ut ex corporis diversorio aeternam illam in domum migrare iuberet Serenissimum Regem Nostrum et Dominum, Sigismundum Primum, qui fuit Regum bonorum specimen, virtutum norma, pietate, religione, sanctimonia nemini Regum secundus, cuius in Regnum hoc multa extant preclara merita, quod multo florentius reliquit, quam a suis maioribus acceperat. Multa etiam erga Ecclesiam et ministros eius, quos pro sua erga Deum observantia liberalitate singulari prosequutus est, neque praetermisit quicquam eorum, quae ad augendam et honestandam Ecclesiam Dei et eius iura et privilegia tuenda et conservanda pertinere putasset, magno et patrono et deffensore orbatu esse videamur, merito nobis ut deflenda sit tam pii parentis nostri mors, quo clementiorem alium erga ordinem nostrum atque adeo erga omnes Regni ordines aetas haec nostra non vidit. Sed quoniam vetat Apostolus contristari de dormientibus, omisso luctu et merore, ad commendandam potius animam eius precibus et oblationibus nostris Domino Deo convertamur.

Ita enim Rex optimus ex hac vita decessit, ut nemini dubitandum sit eum tempore suo resurrecturum in vitam aeternam, cum facta sint ab eo omnia, quae a christiano Rege fieri oportebat. Omnibus enim Ecclesiae sacramentis procuratus, omnem spem et fiduciam suam in Cruce Christi atque in fuso pro peccatis nostris sanguine illius collocavit atque ingenti animi sui desiderio ultro dissolvi et esse cum Christo cupiebat. Caeterum, quam illud dubitandum non est, cuius et vita fuit tam honesta et mors tam sancta, quin eum Deus inter electa sua membra numerare voluerit, propter excellentem fidem, quam moriens erga Christum declaravit, tam illud est incertum, num eum conspectu iam suo sit dignatus. Nam quanto

fuit illius fortuna sublimior, quanto locus excelsior, quanto plures populi curae illius concrediti fuerunt, de quorum singulis rationem Deo reddere tenetur, tanto magis metuendum est, ne ut homo in plerisque Deum gravius offenderit.

Quas quidem offensiones, quandoquidem poenitens in fide et confessione Christi obdormivit, merito sanguinis illius pro multorum peccatis profusi remissas illi esse dubium non est, ut misericordia Domini nostri Iesu Christi mortis aeternae poenas effugerit. Sed si forte contigit animam eius nondum a peccati reliquiis penitus expurgatam in abditiis illis receptaculis adhuc contineri, ubi temporarios quidem illos, verum tanto maiores perfert cruciatus. quanto longius ab eis abest conspectu, cuius vivendi certa et indubitata spe ac fiducia ex corporis sui diversorio migravit, decet nos tam benefici patroni nostri non esse immemores ac omne studium nostrum adhibere, ut precibus ac sacrificiis nostris animae illius Deum propitium reddere possimus, quo tanto citius voti sui compos effecta, conspectu illius frui possit, quem, dum viveret, summa semper coluit pietate. Quin et illud supplicii prece a Deo postulandum est, quandoquidem Regni sui successorem filium reliquit Regem coronatum et omnibus omnium totius Regni Ordinum suffragiis electum et confirmatum, ut ei gratiam suam impartire dignetur, quo paterna vestigia persequi ac pari foelicitate Regnum hoc ditionesque et populos sibi commissos regere et gubernare possit, quo vere nobis cum illo sapiente dicere liceat:

Mortuus est pater eius et quasi non est mortuus, similem enim sibi reliquit post se, in vita sua vidit et laetatus est in illo, in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis. Reliquit enim defensorem domus contra inimicos et amicis reddentem gratiam.

Postremo et illud supplicandum est, ut cum Regno huic, tum Ecclesiae universae, pacem Deus et tranquillitatem largiatur, atque ut ceptum Concilium Ecumenicum ad optatum exitum perducatur, quo sopitis omnibus religionis dissidiis, id ipsum sapiamus omnes, id ipsum dicamus, idem sentiamus, ut, sicut unum Dominum, unam fidem, unum baptismum, unum Deum Patrem nos habere profiteamur, ita unam Matrem Ecclesiam agnoscamus, unum corpus, unus spiritus efficiamur, sicut vocati sumus in una spe vocationis nostrae, ac sufferentes invicem in charitate solliciti sumus<sup>2)</sup> servare omnes unitatem spiritus in vinculo pacis.

Quare vos, supra expressos, ac fideles omnes Diocesis nostrae per viscera charitatis invitamus et exhortamur, vobis vero non exemptis in virtute sanctae obedientiae mandamus, exemptos autem in Domino requirimus, primum ut exequias defuncto Regi nostro ea, qua par est, pietate fieri curetis, atque ut, quoties sacrificium mediatoris offertis ad placandum Deum, non vivis magis quam mortuis, qui membra sunt eiusdem corporis, cuius et nos institutum, memores illius sitis ac Deum diligenter praece-mini, ut illi in Christo quiescenti locum refrigerii, lucis et pacis indulgeat. Deinde singulis feriis secundis, quartis et sextis processiones et supplicationes fieri curetis pro diuturna incolumitate et foelici statu Serenissimi Domini, Domini Sigismundi Augusti, Regis nostri, et Domini clementissimi, ut ei Deus det paterna vestigia persequi et faciat super eum requiescere Spiritum suum, Spiritum sapientiae et intellectus, Spiritum consilii et fortitudinis, Spiritum scientiae et pietatis, et repleat eum spiritu timoris sui. Postremo pro pace, tranquillitate, unitate non Regni magis huius, quam Ecclesiae totius. Vobis vero, verbi Dei ministris, mandamus, ut ex loco superiori populum hortemini, quo hisce de rebus omnibus diligenter Deo supplicet, processionibus frequens intersit, quo conversi ad Dominum puro

corde ac certa fiducia misericordiam eius implorantes, exaudiri tandem ab illo mereamur. Volumus autem, ut hunc processum nostrum unus ad alterum sibi viciniorem, sub poena trium marcarum, transmittat, ultimus vero ipsum Officiali sive Decano loci representet. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subimpressum. Datum Cracoviae, die decima Aprilis, MDXLVIII.

z) sic in ms.

\*) *Tres orationes, quae sequuntur epistolam Samuelis Maciejowski, sunt probabiliter a Stanislao Bojanowski duci missae, una cum epistola N. 1100.*

II: *Canonicorum Cracoviensium oratio, qua Sigismundum Augustum post parentis sui mortem, ad suscipiendum Regnum e Lituania anno Domini MDXLVIII, XXIII Mai, Cracoviam venientem, exceperunt per Philippum Padniewsky.*

Cum in hoc publico omni luctu, quem ex interitu inclyti Regis, patris Tui, accepimus, Sigismunde Auguste Rex, adventus Tui fama omnium Ordinum animos recreasset atque a merore pioque et iusto desiderio ad gratulandum Tibi cunctos avertisset, nos quoque, pietate et devotione nostra erga Maiestatem Tuam minime inferiores, huc Tibi obvii processimus, ut animis nostris ingens gaudium ex optatissimo ad nos adventu et aspectu Tuo hauriremus. Etsi enim recordatio pii moderatique imperii ac ingentium beneficiorum, quibus parens Tuus, nunquam sine praefacione honoris nominandus, saepius ordinem affecit nostrum, etsi, inquam, desiderium tantae virtutis subinde animos nostros commovet, tamen cum imaginem eius vivam in Te cernimus, non amississe nos Principem, sed commutasse arbitramur. Quamvis parentem eum verius patriae eiusque Principem et Dominum appellare licet, vel quod ita imperavit nobis, ut iustus pater probis filiis, vel quod lucem plane et decus pristinum Regno huic reddidit. Sed nec ille maius monumentum sui nominis aut graciosius nobis relinquere potuit, quam Te, talem filium, qui eum non istis lineamentis corporis solum, sed virtute etiam repraesentares. De Te quoque non tantum est meritum, quod Regnum amplius et augustius, quam a maioribus suis accepisset, quam quod illam perpetuo duraturam haereditatem laudis et gloriae, qua nulla melior liberis a parentibus tradi potest, relinquerit<sup>z)</sup> Tibi, in quam non minus quam in Regnum successisti, neque tuendum solum, sed propugnandum etiam suscepisti, si modo Tu is es, ut profecto es, quem et esse Te et fore semper nobis persuadebamus, natum videlicet ad decus et laudem perpetuamque salutem et incolumitatem Regni huius. Unde et Augusti nomen a parentibus, augurantibus iam futuram claritatem Tui nominis, inditum erat, solacium Tibi quoque haut parvum in luctu habere Te domesticae virtutis tam evidens exemplum, quod intuens nunquam aberrare in cursu virtutum atque laudum Tuarum queas.

Quamvis et diversis virtutibus nonnulli etiam apud nos Reges, maiores Tui, eandem laudem consecuti erant, cum ad id quisque, quod natura optime praestare posset, administrandi Regni artem et rationem accomodaret, sed eundem tamen, quem et sapientissimus parens Tuus, scopum atque finem omnes sibi illi proponebant, videlicet communem omnium utilitatem, quibus praeerant, suam esse putabant, ad eamque curas atque cogitationes suas dirigebant, in summa aequaliter totum Reipublicae corpus curabant. Iis artibus parens Tuus charus suis, admirabilis finitimis omnibus et hostibus etiam erat. Unde et senectute iam valetudineque tocius corporis affectus, sedens in lectulo suo, maiores conficiebat res

sola nominis sui fama, quam sperare aut optare interdum licebat. Et cum omnia bellis passim arderent, sola Polonia, propter divinam parentis Tui sapientiam, constantiam et religionem ac servatum eum, qui a maioribus traditus est nobis, christianae fidei cultum, expers omnis mali et calamitatis fuit, cum et in eam diem nonnulli adhuc populi temeritatis suae, nonnulli violatae atque neglectae religionis poenas pendant.

Atque utinam Regnum hoc iis Te omnibus<sup>a)</sup> accipiat, ut quidquid aegrum est, sanes, quidquid debile est, reficias, iurisque ac legum aequalitate foveas cuncta atque gubernes, ut in pace sapientia, in bello fortitudo et victoria, in omnibus denique rebus foelicitas comes, vel divina potius gratia, Tibi adsit, ut, sicuti appellaris Augustus, ita sub imperio Tuo augusta etiam omnibus aureaque secula appareant. Quam ob rem nos quidem, quod foelix et faustum Tibi sit, vota hic faciebamus, instituto atque mandato sapientissimi Pontificis nostri, pro adventu Tuo solemni-busque sacris et praecacionibus adhibitis, Deum Optimum Maximum invocabamus, ut caelestem illam sapientiam Tibi inspiraret Teque erudiret, quemadmodum ita praeesses nobis, ut nos omnes, qui imperio Tuo continemur, quam beatissimi appellari possimus, quod utique antiquissimum Tibi esse constanti omnium fama atque sermone celebratur. Quod reliquum est, Tibi nos, Tibi fortunae nostras et Collegii huius, Tibi sacra et religiones, quarum Te Deus defensorem, nos interpretes esse voluit, commendamus, ut quae per tot secula a maioribus Tuis sancte et inviolate servata, per parentem Tuum vero aucta et propagata sunt, sub Tuis auspiciis et salutari moderatione imperii salva permanere possint. Dixi.

a) *in ms.* omnibus

z) *sic in ms.*

### III: Oratio Collegiatorum per Benedictum Cosmium habita.

Nihil prius habuimus, Serenissime Princeps, quam ut Sacram Maiestatem Vestram, optate ad nos advenientem, primo quoque tempore conveniremus, officium illi nostrum, observanciam cultumque singularem declaraturi ostensurique, quantum animi quantumque solatii ex hac optatissima illius praesentia nobis accesserit. Diceremus gaudii quoque et laeticiae, nisi id nominis eo mortis casu, qui nuper accidit, plane ammisserimus. Quo casu<sup>a)</sup> omnes omnium ordinum, aetatum atque condicionum homines graviter sane ac acerbe concussi et attriti sunt adeo, ut in omnia alia potius, quam in laeticiam applausumque discedant ostendantque pro gaudio luctum, pro cultu squalorem, lachrimas atque maerorem. Quo in maerore sustinendo quoniam Sacra Maiestas Vestra tanto magis prae ceteris nunc laborat atque aestuat, quanto propiori generis ac sanguinis coniunctione illi mortuo accesserit, inde effici necesse est, ut quem sermonem nostrum in decantandis laboribus rebus consummere debebamus, eum ad oriendum Sacrae Maiestatis Vestrae animum convertamus oportet.

Itaque etsi pii vereque amantis filii sit morte parentis commoveri illiusque casum suum esse ducere, quod hac una generis coniunctione nihil unquam dederit natura hominibus neque charius, neque sanctius, tamen quoniam Deus Maximus, qui Sacrae Maiestati Vestrae illum parentem antea dederat, repetendi illius, cum vellet, ius sibi reliquit, erit prudentiae Sacrae Maiestatis Vestrae voluntatem Dei suam esse existimare. Ne non tam Deo illa obsequi, quam repugnare videatur, cuius omnes animi sensus, voluntatis nutus et observare et approbare debet is, qui se verum illius cultorem dici expetit. Decessit ille e vita tanquam e sta-



cione, suo ac legitimo in tempore, ut in hoc ultimo vitae eius actu plaudendum potius sit quam dolendum, non quia extinctus est, sed quia in ea aetate extinctus, in qua et mori optabile est et vivere molestum, ne dicam ad nullas res noxium. Quoad potuit, commode ac cum dignitate hic fuit, atque ita fuit, ut suorum nobis tum factorum, tum dictorum memoriam atque recordationem charissimam iucundissimamque relinqueret. Nunc cum diucius hic esse non posset, eo abiit, ubi cum amplissimo illo ac caelesti Patre inter divos letus ac hylaris nunc evo perpetuo ita fruitur, ut huius mundanae, hoc est miserae ac aerumnosae vitae meminisse nollet, nedum velit hunc sibi a nobis dolorem praestari.

Quod qui facit, non officium suum facere, sed foelicitatem illi invidere putandus sit, ad quam ille morte intercedente certissime commigravit. Nam non dubium, quin eam sanctissimo fidei, religionis, pietatis vitaeque instituto abunde meruerit. Nam quod ad nos, vel potius ad omnes attinet, desiderium ammissi senis spe ac dignitate relictus iuvenis indies lenimus. Vivit nobis in filio pater, vivit etiamnum spiratque, ut non tam ille extingui, quam in alio sua munia exequi videatur. Qui igitur sancte, prudenter, temperate, summa gracia, summa cum dignitate ad ultimam vitae suae senectam vixerit, eius memoriam pietate et benevolentia, non luctu aut animi aegritudine prosequendum esse.<sup>2)</sup>

Eam ob rem Sacram Maiestatem Vestram rogamus, dolori ut modum poneret seque ad tranquillitatem verteret. Daret hoc parenti mortuo, qui id procul dubio a filio suo flagitat, daret suis omnibus, qui ex hoc luctu eius plurimum molestiae dolorisque capiunt, postremo daret charissimae iucundissimaeque matri suae. Ea enim, dum filium lugentem spectat, dolorem ammissi coniugis sui magis ac magis renovat ac obductam meroris cicatricem subinde refricat. Quin potius Sacra Maiestas Vestra mentem suam, ab omni alia cogitatione aversam, ad regendos populos suos traducat atque cum prudentissimo eodemque Augustissimo Senatu suo paribus studiis paribusque auspiciis Regni huius commodis consulat. Hoc parentis anima, hoc rerum omnium ac temporum momenta, hoc universa Respublica, hoc religio nostra, hoc salus ac incolumitas Regni proprie postulant ac quodammodo iure suo exigunt.

Denique hoc ipsum studia nostra ac bonae litterae, quas colimus, flagitant. Quae si per se loqui possent, admirandas voces praecesque fundent. Nunc, quia loqui non possunt, nostra in eo vicaria opera uti coguntur. Suppliciter Sacram Maiestatem Vestram per nos rogant atque obsecrant, primum ut suo iudicio aliorumque Regum, Principum nationumque omni exemplo benigne illis ac clementer faveat. Fit enim nescio quo modo, ut honesta disciplinarum studia Principum neglectu plane torpeant, contra eorum favore excitentur atque reviviscant. Deinde, ut nos, earum studiosos, clementia sua prosequi dignetur eoque amoris ac benevolentiae loco apud se habere, quo Serenissimus illius parens habuit, qui mirifica voluntatis suae praerogativa nos semper prosequutus fuerat, cunctis id et admirantibus et approbantibus. Postremo, ut immunitates privilegiaque Accademiae nostrae, a maioribus illius nobis tradita ac succedentibus sibi invicem Regibus comprobata, Sacra Maiestas Vestra sua ita prompta propensaque voluntate rata ac firma esse velit. Nos contra Deum Optimum Maximum votis omnibus supplices rogabimus, ut Sacrae Maiestati Vestrae vitam foelicem ac longissimam tribuat detque ea illi velle, quae sunt optima quaeque probatissima. Idemque conatus illius bene ac laudabiliter fortunet, ut amplissimum hoc Regnum gloriamque nominis illi a maioribus traditam posset itidem vel propagare vel tueri.

a) in ms. causa

2) sic in ms.

IV: *Oratio decani capituli Sandomiriensis ad Sigismundum Augustum.*

Alii aliis de causis, Rex Potentissime, adventanti Maiestati Tuae Regiae hoc in Regnum, iam olim Tuae Maiestati destinatum, votivis et festivis gratulationibus instructi alacres occurrunt, omnes uno ore et summo consensu Maiestati Tuae gubernacula Regni et Reipublicae huius administrationem reverenter deferentes, ut novo et auspiciatissimo Maiestati Tuae imperio maeror publicus, haustus morte sanctissimi, prudentis et moderati Regis, optimi Maiestatis Tuae et patriae huius patris, leniatur, luctus laetitia mutetur. Nimirum cum ille semel ex hac luce sublatus, universi populi viam ingressus, amplius huc revocari non potest, nosque ibimus potius ad eum, ille autem non revertetur ad nos. Nos autem, qui Christi eiusque sponsae Ecclesiae ministri habemur, in hoc tantum Maiestati Tuae obviam processimus, ut gratiam et pacem a Deo et Patre Domini nostri Iesu Christi animitus Tuae Maiestati precaremur. Cuius cum Maiestas Tua vicarias in terris sibi subiectis partes gerit, Principes enim se dici novam<sup>2)</sup> in Scripturis, quod in populo Dei eius vices obeunt, primam in hoc curae regiae partem ponere debet Maiestas Tua, ut Deo et regioni Rem hanc Publicam administret, gubernet et alat, ut in populo regio sine superstitione valeat vigeatque. Nam enim omnia, tum potestas regia a Deo est, cuius itaque gloriae Tua Maiestas inservire inprimis debet. Dicit enim in Scripturis Deus: Glorificantes me glorificabo et contemnentes me reddam contemptos.

Longum esset ex Scripturis, divinitus inspiratis, omnium piorum Regum exempla colligere, quibus omnium rerum gerendarum finis<sup>a)</sup> non fuit alius, quam conservatio veri cultus Dei ac probae vitae in populo. Ex his tamen Tua Maiestas vel unum Regem Iosiam imitandum proponere velit quaesumus, qui reperto Legis libro, hoc est solido ac sincero Dei verbo, illud solum in coetu populi, in domo Domini legi curavit. Imo vero ipsemet legit cunctasque abominationes et pravas superstitiones de universis regnantibus filiorum Israel eiecit et fecit omnes in Israel ad normam unius verbi Dei vivere. Huius sancti et cordati Regis exemplo, si Maiestas Tua fucos<sup>b)</sup> ex alveariis Ecclesiae Dei explodet, si presbyteros, qui bene praesunt in sermone et doctrina, fovebit, si scripturam canonicam, quae sola est regula duxque vivendi, inventis humanis obscurari non patietur, si viris belli et pacis artibus claris suam in Rempublicam dignitatem suosque honores restituet, si iusticiam, unicum Regnorum omnium robur et firmamentum, publice privatimque tuebitur, reliqua omnia Tuae Maiestati prospere evenient. Sagittae Tuae Maiestatis erunt peracutae, cor hostium configent. Populi cadent sub te, dissipabuntur inimici tui et fugient, qui oderunt te, a facie tua, solium Tuae Maiestatis in aeternum stabit, siquidem dilexeris iusticiam et oderis iniquitatem. Intende igitur, iam prospere procede et regna. Benedicat Tibi Dominus et custodiat te, ostendat Dominus faciem suam tibi et misereatur tui, convertat Dominus vultum suum ad te et det tibi pacem. Dixi.

a) *adest aliud huius orationis exemplum, in quo verbum: finis adest, dum in alio deest.*

b) *in textu: fures, sed in margine correctum in: fucos*

z) *sic in ms.*

Goraj, 10.IV.1548.

*Stanislaus Cikowski de Wojstawice*  
*Alberto in Prussia duci*  
*Ioannem Jabłoński, peditum ductorem, commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

Cracoviae, 11.IV.1548.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis, R.P. cancellarius,*  
*Alberto in Prussia duci*  
*de nuntiis a Sigismundo Augusto ad imperatorem mittendis.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Qui Illustritati Vestrae visi prae caeteris idonei sunt, hi meo quoque iudicio prae caeteris, ut legationibus his fungerentur, digni visi sunt, nisi quod Dominus Palatinus Marienburgensis<sup>1)</sup>, ne quid oneris eiusmodi sibi imponeretur, neve legationis deinceps aliquo munere fungi iuberetur, postulaverat. Alterum<sup>2)</sup> vero illum nominaveram ego in meis ad Regiam Maiestatem literis, nisi quod expedire magis iudicabant, ut dubiis his temporibus a civitate Gedanensi ne abesset. Itaque cum quales vellemus non possemus, quos potuimus, eos mittere fuit necesse, cum praesertim sumptus maligne suppeditaretur. Fieri autem potest, quod nondum profecti sunt. Cumque mors haec inopinata Regiae Maiestatis omnia consilia turbaverit, si nondum profecti fuerunt, audita morte Regiae Maiestatis, fortasse a protectione abstinerunt, ita ut integra sint adhuc omnia. Quamquam de eo quoque dubito, num sit mittere necesse, quandoquidem Dominus Palatinus Siradiensis<sup>3)</sup> nihil esse nobis hoc quidem anno a Magistro<sup>4)</sup> aut a quocunque alio ex partibus illis metuendum dicit.

Quicquid tamen visum erit Illustritati Vestrae de mittendis Nunciis statuere, speramus adfuturam brevi Maiestatem Regiam. Ad eam scribet Illustritas Vestra, simul etiam de sua voluntate me certiozem reddet. Quod potero, libenter in illius gratiam praestabo... Cracoviae, XIa Aprilis, anno Domini MDXLVIII.

a) Vestre Illustrissime Dominationis  
servitor et capellanus  
Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniae  
Cancellarius subscripsit<sup>b)</sup>.

a)-b) *manu propria.*

1) *Achatius Czema.*

2) *Ioannes a Werden.*

3) *Stanislaus Laski.*

4) *Volfgangus Schutzbar.*

Sandomiriae, 11.IV.1548.

*Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R.P. capitaneus, Alberto in Prussia duci*

*se excusat, quod de obitu regis [Sigismundi] non scripsit: utile censet fore, ut dux in persona funeri regis et id secuturis Comitibus intersit; de certo negotio [matrimonio regis Sigismundi Augusti cum Barbara Radziwiłł] coram se duci relaturum nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Quod Illustrissimae Dominationi Vestrae nihil de obitu Sacrae Regiae Maiestatis scripsi, partim ideo feci, quod in nunciandis novis, praesertim si quae sinistra aut tristia sunt, alios antevertere nunquam studeo, partim etiam, quod sperarem Reverendissimum Dominum Episcopum Cracoviensem,<sup>1)</sup> ita ut Sacrae Regiae Maiestati aliisque significavit, sic etiam Illustrissimae Dominationi Vestrae ea de re tam celeriter copioseque scripturum, ut supervacaneum esse existimarem ad Illustrissimam Dominationem Vestram quidquam ea de re literarum dare. Proinde ut Illustrissima Dominatio Vestra hancce meam ea de re scribendi intermissionem boni aequique consulat, maiorem in modum peto. Caeterum non dubito Sacram Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, pro ea affinitatis ac necessitudinis coniunctione, quae Maiestati ipsius cum Illustrissima Dominatione Vestra intercedit, Illustrissimam Dominationem Vestram ad iusta Regiae Maiestati persolvenda vocaturam.

Quando vero sub idem fere tempus Comitibus quoque Regni celebrare Sacra Regia Maiestas decreverit, in quibus sane multa de summa rerum communium deque aliis plurimis ac gravibus Reipublicae huius negotiis agitari tractarique credibile est, Illustrissimam Dominationem Vestram (si hoc citra magnas molestias graveque aliquod dispendium facere Illustrissimae Dominationi Vestrae per rerum suarum rationes liceat) funeri Regiae Maiestatis Comitibusque istis interesse perutile Reipublicae, Illustrissimae quoque Dominationi Vestrae non incommodum fore censeo.

Illud autem negotium, quod Illustrissima Dominatio Vestra Regiam Maiestatem prae manibus habere significavit, iam omnino confectum esse constat. Tametsi autem vulgo quosdam quasi eius rei authores insimulari passimque traduci non ignorem, tamen Illustrissima Dominatio Vestra, si Comitibus istis interesse dignabitur, ex me coram cognoscet, quisnam potissimum quoque consilio vel qua spe huiusce facti primus author atque inceptor fuerit, et quam deinde, sed post tempus, rei inceptae obviam ire obsistereque frustra voluerit...

Datae Sandomiriae, 11 die mensis Aprilis<sup>\*)</sup>, anno Domini MDXLVIII.

*Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae*

*a) servitor*

*Ioannes Comes in Tarnow etc. subscripsit.<sup>b)</sup>*

a)-b) *manu propria.*

1) *Samuel Maciejowski*

*\*) Epistola in Archivo posita est inter epistolas de die 2.IV.1548.*

N. 1081.

Juberszniki, 12.IV.1548.

*Benedictus Młyński, capitaneus Malavicensis,  
Alberto in Prussia duci  
de Michaeli capitaneo in Stradaun, queritur.  
(Polonice)*

*Sigill.*

*(Adest versio germanica)*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1082.

Ragnetæ, 12.IV.1548.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci  
de periculis, ex variis partibus paci imminentibus, et de nimia securitate  
ac ignavia in conspectu eiusmodi periculorum.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps, etc.*

Cum hoc Seczygniewski fui Posnaniae ad diem 19 Marcii, cum ex Augusta rediret, a Regia Maestate, ut a longe specularetur, quidnam isti de nobis cogitent, missus. Non bona quidem signa pacis dicebat, sed tamen animadverti talem spiritum, pro magna parte, ex Domino Laski traxisse. Quomodocunque autem sit, melius est nos ad partem periculosiorem diligenter respicere. Quod quidem pro mea parvitate, Regiae Maestati sepe soleo inculcare. Pessime enim me habet talis nostra securitas vel potius ignavia. Verisimile est, quod Illustrissima Vestra Dominacio scribit, omnia genera hostium contra nos incitare istos velle. Et nunc nescio quid aliud ageret Ducis Moszkoviae<sup>1)</sup> Nuncius, Hanns von Gosler, Germanus. Qui nunc Auguste est.

Praeterea, si ab omnibus aliis partibus, quod fere possibile non est, pacem habeamus, certe hoc periculum nobis imminet, quod aut Romanorum aut Turcarum<sup>2)</sup> Imperator non cogere cum tempore volet, ut pro se contra alterum bellum iuvenus. Dominus Deus noster implorandus est, qui hec discrimina amovere nobisque in bonum vertere potest.

Habui obvium Dominum Cancellarium<sup>3)</sup>, qui de illo turpi negotio male ominatur. Paciencia! In mala hora soletur nos Deus. In re mala bono animo esse dimidium est mali... Ex Ragneth, 12 Aprilis, 1548.

Volo (inquimus) fidem servare, eciam si extrema experiunda sint, quasi vero non idem sit crimen, turpiter et illicite fidem datam servare, et honeste et licite datam non servare. O Episcopo Cracoviensis!

Servitor

Stanislaus Boianowski.

1) Ioannes IV.

2) Solimanus II.

3) Samuel Maciejowski.

Cracoviae, 12.IV.1548.

Stanislaus Hosius, canonicus Cracoviensis, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci  
de legatis ad imperatorem et alios principes Imperii mittendis.

Sigill.

Iam ed.: Hipler-Zakrzewski AHP. IV, Card. Hosii Epistolae, I, 283.  
HBA, B 2, K.375.

Illustrissime Princeps etc.

Actepi ea, qua par est, reverentia Illustrissimae Dominationis Vestrae literas, quibus mandare mihi dignatur, ut operam meam interponam, quo duo isti Legati designentur de iis rebus, quae ad Illustrissimam Dominationem Vestram atque ad terras Prussiae Regnumque universum pertinent, Magnificus Dominus Achatius Czema, Palatinus Marieburgensis, et Generosus Dominus Ioannes a Verden, Proconsul civitatis Gedanensis. Non alios magis fore idoneos ad munus hoc legationis tam arduis de rebus obeundum ipse quoque iudicabam, quamlibet exile sit iis de rebus iudicium meum. Sed visus est alius abhorrere ab hoc munere, alius vero cum esset nominatus in literis Reverendissimi Domini,<sup>1)</sup> certis ex causis prestare existimatum est, ut ne civitate Gedanensi dubiis et periculosis temporibus iis excederet. Sed quando ita accidit, ut Sacra Maiestas Regia, Dominus noster et pater patriae clementissimus, e corporis sui diversorio aeternam illam in domum migraret, video consilium hoc mittendorum legatorum morte illius nec opinata prorsus impeditum esse, si modo perfecti ante non sunt, quam nuntium de morte actepissent.

Itaque si nondum legatione functi sunt, esse adhuc omnia integra facile Illustrissima Dominatio Vestra perspicit, ut, si mutari Legatos velit, scribat ad Sacram Maiestatem Regiam. Non dubito, quin facile quod volet obtinebit. Quamvis et de eo haberi deliberatio potest, mittendi-ne sint aliqui Nuntii ad Serenissimum Dominum Daniae Regem<sup>2)</sup> et reliquos Illustrissimos Principes, quando pacem confecisse se Magnificus Dominus Palatinus Siradiensis<sup>3)</sup> et scripsit ante et nunc coram etiam ipse narrat. Periculum enim est, ne Caesareae Maiestati suspecta sit haec Legatorum missio. Quicquid tamen Sacrae Maiestati Regiae et Illustrissimae Dominationi Vestrae et Dominis Consiliariis visum fuerit, quandoquidem hoc quidem anno vacui fore metu videmur, nihil esse in mora periculi videtur, modo ut qui designati sunt, iniuncto sibi munere functi iam non sint. Quicquid erit, in quo ego Illustrissimae Dominationi Vestrae inservire possim, nullum in me fidelis servitoris officium requiri paciar. Ac summo studio ea, quae velle Illustrissimam Dominationem Vestram intellexero, pro virili mea perficienda curabo. Quamquam fieri potest, ut ipsa huc Illustrissima Dominatio Vestra veniat ac res suas omnes ex animi sui sententia conficiat... Datum Cracoviae, XII Aprilis, anno Domini 1548.

a) Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae  
humilis servitor  
Stanislaus Hosius.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

1) Samuel Maciejowski

2) Christianus III.

3) Stanislaus Laski.

Sandomiriae, 16.IV.1548.

*Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R. P. capitaneus, Alberto in Prussia duci de certis in omnibus mutationibus ob mortem regis secuturis; de negotio nuntiorum ad principes Imperii mittendorum; de bello ex parte magistri Ordinis Theutonicorum hoc anno non metuendo.*

*(Schedula adiuncta)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

Illustrissime Princeps, etc.

Non dubium est, uti ipsa Illustrissima Dominatio Vestra secum facile perpendit, nuperam Sacrae Regiae senioris Maiestatis mortem, quae nondum, dum haec scriberet, Illustrissimae Dominationi Vestrae obnuntiata erat, plurimas sequuturas esse mutationes. Tamen si ea, quae se recenti legatione sua Dominus Laski, Palatinus Siradiensis, perfecisse praedicat, processura sunt, bella Prussiae causa hoc anno non erunt pertimescenda, dabiturque spatium et tempus altius et maturius de his, quae scribere dignatur Illustrissima Dominatio Vestra, tractandi et consultandi. Ubi vero haec de pace excitata expectatio immutaretur et Magister ille Germanicus<sup>1)</sup> aliquid hostilis moliri niteretur, de ablegandis Nuntiis ad eos ipsos Serenissimum et Illustrissimos Dominos Principes cum Sacra Regia superstite Maiestate iniretur diligens, necessaria et accurata consultatio.

De Domini Palatini Marienburgensis<sup>2)</sup> apposito defungendis gravioribus legationibus ingenio idem cum Illustrissima Dominatione Vestra sentio. Dominum Ioannem a Werden similiter virum industrium esse semper iudicavi omnique opera et studio meo contendam, ut hisce legationibus obeundis isti deputarentur. Opus autem est, ea res moram aliquam ut perferat, quod Sacra Regia Maiestas, cum cuius Maiestate ea res iam veniet tractanda, a Regno abest nunc.

Non solum autem hisce Illustrissimae Dominationis Vestrae votis et desideriis inservire sum paratus, verum etiam et in ceteris, quae per me cunque hoc in Regno praestari possint, meam et observantiam et promptissimam serviendi voluntatem lubens et alacer Illustrissimae Dominationi Vestrae probabo... Datum Sandomiriae, 16 Aprilis, anno Domini MDXLVIII.

Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae

a) servitor

Ioannes Comes in Tarnow etc. subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

1) Volfgangus Schutzbar.

2) Achatus Czema.

*Schedula adiuncta:*

Si quid autem novi isthic emergerit ob mortem Sacrae Regiae Maiestatis, id nobis obscurum non erit. Habemus enim illic eos, qui nobis id omne enuntiare non negligent. Nos vero tempestive, cognito aliquid eiusmodi, mitteremus Nuntios istic, qui agerent, ne quid mutaretur ob Regiae Maiestatis mortem.

N. 1085.

Oleśniki, 16.IV.1548.

*Nicolaus Grabia, castellanus Chelmensis et R. P. vicecancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
exemplo Christophori olim Szydłowiecki, parata servitia sua duci defert;  
Ioannem Policki commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1086.

Vilnae, 23.IV.1548

*Hieronymus Chodkiewicz, castellanus Trocensis et capitaneus Samogitiae,  
Alberto in Prussia duci  
de omnibus, quae hic gerantur, ducem aliorum sermonibus et litteris  
edoctum esse censet; parata servitia sua offert, una cum filio suo,  
qui Monte Regio latine discit.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1087.

Posnaniae, 26.IV.1548.

*Andreas a Górká, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
se minime mirari scribit de ducis ob mortem regis dolore; nunquam  
se in negotio regis iunioris (res agitur de matrimonio Sigismun-  
di Augusti cum Barbara Radziwiłł) sententiam suam priorem, huic  
rei contrariam, mutaturum esse affirmat, quamquam difficillimum  
fore putat regem ab instituto amovere.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Dolor Vestrae Illustrissimae Dominacionis, quem ex morte Sacrae  
Maiestatis Regiae senioris, Principis avitae probitatis et rarae benignitatis,  
concepit, nullam novam admiracionem mihi attulit. Rebus enim Regni  
in eum locum adductis, plurimum intererat, ut eo superstite diucius  
potiremur. Quare et Vestra Illustrissima Dominacio optimi et sapientissi-  
mi Principis officio fungitur, cum imperiorum mutaciones et impendencia  
pericula atque adeo alia quedam graviora reputat, ac propterea obitu  
laudatissimi Regis plurimum movetur. Sed cum id divinitus acciderit  
et nemo sit, qui vim mortis effugere queat, decet nos Dei voluntatem  
hac in parte amplecti et agnoscere eumque precari, ut per misericordiam  
suam illum in sede beatorum collocet et Serenissimi Regis iunioris, cui  
iam gubernacula Regni cessere, conatus et consilia in melius redigat pro-  
vehatque et actiones ipsius ita gubernet, ut paternis vestigiis insistasat.



Quem quod Vestra Illustrissima Dominacio adhortata est, ut quam primum ad occupandum paternum solium se conferret, fecit rem eximia sua prudentia, fide et officio dignam, quandoquidem necessitas ipsa videtur id magnopere flagitare. Et ipse, quantum mea intererit, nihil hac in re praetermittam.

Ea, quae Serenissimus Rex iunior molitur, prout Vestra Illustrissima Dominacio prudentissime et colligit et expendit, et prout ratio ipsa dictat, multa magna mala portendunt et videntur esse allatura. Nam non solum Regiam Maiestatem, verum etiam totam hanc nationem Polonam, antea celebrem, autoritate, dignitate et optima existimacione spoliabunt et amicis magnum merorem, hostibus vero non mediocre voluptatem parient. Et tametsi hec sint indignissima et mereantur, ut omnium reprehensionem sustineant, tamen sunt multi apud nos, qui ea in re Suae Maiestati blandiantur et ita hec probant, ut neque reffragandum eius cupiditati censeant, neque ullo modo disuadendum putent. Ego nunquam dubitavi, quin ista Vestrae Illustrissimae Dominacioni essent displicitura, quae etiam hic et mihi et aliis plurimis displicent. Quamvis alii, prout dixi, probent, et non verentur eam opinionem Suae Maiestati instillare, ut continuo illi liceat, quod lubeat.

Nolo in praesenciarum commemorare, quibus verbis hoc nomine Suam Maiestatem in proximis Comiciis fuerim adortus. Fortasse enim ista suo tempore in lucem aspectumque profferentur. Sed profecto illa mea compellacione alienatum a me Suae Maiestatis animum reddideram. Tamen animo non deiciebar, ut qui existimabam pluris faciendam esse dignitatem Suae Maiestatis, quam huiusmodi voluntatis alienacionem. Neque (quod etiam Vestra Illustrissima Dominacio monet) sum a priore sententia mea unquam discessurus, et quantum a me fieri poterit, tantum ea in re, ubi occasio exegerit, contendam. Sed tamen hoc postremum et certissimum apud Vestram Illustrissimam Dominacionem commemorandum duxi, quod etiam sine magno animi mei dolore recensere non possum, Regiam Maiestatem in eum locum animum suum induxisse et ita obstinatum reddidisse, ut nisi Dei singulare beneficium affulserit, etiamsi omnium ingenia et consilia congerantur, eum non facile sint ab instituto retractura. Et hec sunt, quae Vestrae Illustrissimae Dominacioni perscribenda esse putavi... Datum Posnaniae, die XXVI Aprilis, anno Domini MDXLVIII.

a) Illustrissimae Dominationis Vestrae servitor  
Andreas Comes a Gorka etc. manu sua subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

N. 1088.

Cracoviae, 27.IV.1548.

*Spytek Tarnowski, castellanus Wojnicensis, R. P. thesaurarius,  
Alberto in Prussia duci  
ob mortem regis [Sigismundi I] annuam pensionem duci se solvere non  
posse significat, sed sperat ducem omnia ex sententia a rege iuniore  
obtenturum esse, cum ad exsequias regis Cracoviam sit venturus.  
Sigill. Autogr.  
H B A, B 2, K.375.*

Cracoviae, 29.IV.1548.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis, R. P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
demortuum regem [Sigismundum I] deplorat laudatque, suum tamen  
non fuisse scribit, sed primatis, de obitu regis ad ducem nuntios  
mittere; indirectam mentionem facit matrimonii regis Sigismundi  
Augusti cum Barbara Radziwiłł.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Sancti Regis nostri mortem Illustrissimae Dominationi Vestrae luctum ingentem attulisse nihil dubito. Accidit enim revera acerba omnibus. Amisimus enim Principem summa virtute praeditum, qui apud Caesaream Maiestatem caeterosque Reges et Principes, non modo christianos, verum etiam paganos, non aliam ob rem magis quam propter singularem probitatem, gravitatem, constantiam tanta fuit autoritate, quanta alius nemo. Ita ut vel umbra illius magno praesidio nobis fuerit, sub qua a quorumvis insidiis tuti eramus. Faxit Deus Optimus Maximus, ut Serenissimus filius eius, Rex noster et Dominus clementissimus, pari autoritate parique felicitate Regnum hoc populosque sibi subiectos moderetur.

Quod vero non quam celerrime Illustrissimam Dominationem Vestram de obitu Maiestatis eius certiore reddiderim, ideo factum est, quod metuebam, ne quid contra officium facerem, si de re tam tristi Nuncios misissem, cum praesertim per dispositos equos mittere non licuerit, quandoquidem ex quo tempore spiritum suum Regia Maiestas Deo tradidit, officio Cancellarii fungi desii. Quod si Nuncii mittendi erant, Primatis id, non meum fuerat officium, ne ego sumere mihi plus viderer, quam conveniret ei loco, quo sum. Sed per eum tamen, quem huc miserat cubicularium suum Illustrissima Dominatio Vestra, scripsi de morte nobis omnibus acerba. Quod Nuncium suum ad Regiam Maiestatem miserit, mihi vehementer probatur. Nam et ego, una cum Dominis Consiliariis, qui praesentes hic aderant, eadem de re Nuncium nostrum misimus. Deditque locum consiliis nostris Maiestas Regia seque sub finem mensis Maii venturum huc recepit.

Caeterum in alio illo negotio non profecimus quicquam. Deo committendum est atque supplicandum, ut quae non optimo consilio coepta sunt, eorum pro sua misericordia eventum saltem esse velit feliciorum. Quod ego hic cum clero meo sedulo facio... Cracovia, penultima Aprilis, anno Domini MDXLVIII.

a) Vestre Illustrissime Dominationis  
servitor et capellanus

Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniae Cancellarius  
subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*

*Nicolaus Radziwiłł, marsalcus Magni Ducatus Lithuaniae,  
Alberto in Prussia duci*

*ob longius in litteris scribendis intervallum se excusat et veniam petit  
atque, ad Regnum Poloniae nuntius Magni Ducatus designatus, officia  
sua apud regem offert; munus (arma, quae « spagam » vocant) dono  
mittit; Iacobo Secygniowski se aliqua duci referenda commisisse  
nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*de salario Cracoviae duci persolvendo; de litteris a Stanislao Łaski regi  
missis; de negotio [Iacobi] Secygniowski; de bello magna ex parte a  
marchionibus Brandenburgensibus pendente; de Comitibus celebrandis  
etc.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps, etc.*

Habui litteras Illustrissimae Vestrae Dominacionis, quarum contenta non mihi scribere, sed Vestrae Illustrissimae Dominacioni legere longum esset.

Locutus sum Regiae Maiestati inter cetera de salario, warth gelth, dando, presertim vero Domino Palatino Marienburgensi.<sup>1)</sup> Respondit Regia Maiestas rem esse necessariam, sed commode exequi non posse nisi Cracoviae. Pluribus enim tribunis militum danda erit peccunia, inquiring, eciam si bellum non sequatur. Dominus Łaski litteras ad Regiam Maiestatem huc ex Byelsko, 50 miliaribus hinc distante, misit, interrogans, ubinam Suae Maiestati occursurus esset. Scribit preterea se non bene valere. Existimo autem ad Brzeszczye post 7 dies illum obvium venturum esse, nam 12 tantum miliaribus ab illo loco informationem Regiae Maiestatis expectat, quam hodie habebit.

De bello vel pace nihil innovatur, pacem tamen omnes sperare videntur, nescio quam tuti.

De Seczigniewski hic aliter actum est quam volebat, sicut ille dicit. Magnificus enim Dominus de Tarnow ad Regiam Maiestatem pro eo scripsit, ut eum Maiestas Sua in aulicum acciperet. Quod illi Sua Maiestas per Dominum Tarlo et deinde per Dominum Magnum Marscallum<sup>2)</sup> obtulit, nihil tale cogitanti nec facile consencienti. Persuasus tandem per Dominum Marscallum (cui eciam Dominus de Tarnow pro eo scripsit),

consensit et est addictus. Quod autem Illustrissima Vestra Dominacio scribit eum aliter Posnaniae, quam apud Illustrissimam Vestram Dominacionem, locutum esse, posteaquam a Domino de Tarnow rediisset, certe nescio quomodo istud fiat, nam hic micus (ut video), quam apud Illustrissimam Vestram Dominacionem, de bello loquitur. Quod et actu suprascripto comprobavit. Certum est enim, si bellum futurum esse certo credidisset, talem condicionem accepturum non fuisse. Est alioquin probus et qui in ea etate aliquid vidit, sed ut iuvenis facile credit, presertim magnis, quibus putat semper credendum esse, atque ita plerumque sequi quod occurrit, non quod querebatur, necesse est.

Porro de hoc bello ego meam rusticam sententiam dico: magnam partem eius in voluntate Illustrissimorum Dominorum Marchionum Brandenburgensium positam esse. Quare credo apud hos prudenter agendum, ut, si avertere non possint vel nolint, saltem aliquid certi communicent. Non credo enim Suas Illustrissimas Dominaciones nescire.

Quod ad nos attinet, Regia Maiestas nudius tertius hinc discessit, 26 huius mensis Cracoviam ingressura. Tempus sepulturae nondum est declaratum. Existimo autem in octo vel novem hebdomadis futuram. Puto etiam mox ab ea Regni Comicia celebratum iri, quamquam nos quodammodo pre illis tedeat. Promisimus enim proximo Septembre huc redituros nos esse. Quod quidem ego subdubito et pocius puto causam reditus huc nostri nos esse cum tempore secuturam. Der <sup>a)</sup> von Crokaw <sup>3)</sup> hatt 6 falten.

Nos incantati et irretiti misere sumus, ita quod ad nullum opus (nobis dignum) apte accedere posse videamur.

Si quis habeat malum caput, quod doleat aut pruriat, nec posset illud meliori commutare, amputabit-ne? Non. Sed obvolveth, demulcet, scilicet pharmaca etiam amara, si delicata non prosunt, adhibebit. Sed ubi nunc medici tales? Posterioribus medentur, ubi caput dolet.

Omnes nostrae actiones nemini prorsus placent, et ne suis quidem promotoribus. De illis enim vehementer, que nihil ad nos, immo etiam contra nos, que vero pro nobis essent, nihil prorsus sumus solliciti.

Barones in Polonia non sunt unanimes, quod aliqui pro nobis facere interpretantur. Mirum, si ex malo bonum exigent. Reginalem Maiestatem Bonam bene rebus suis (nostris sic stantibus) consulturam auguror.

In patria vivendum et etiam pro ea, si opus est, moriendum censeo, sed si prostibulum pro patria sit, quo fugiamus? Alioquin constanter mansuri, etiam si infoelicissima sit ab extra, modo honeste administretur. Praecor Illustrissimae Vestrae Dominacioni in hoc seculo tristi omnia laeta. Wilne, 2 Maii, 1548.

Si quis ducat meretricem et qui omnia edere solet, non debere interrogare, quid intus servabatur.

Stanislaus Boianowski, Regis Poloniae Secretarius.

a) sequitur depicta imago mitrae episcopalis.

1) Achatius Czema.

2) Petrus Kmita.

3) Samuel Maciejowski.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*refert de iis, quae in Polonia geruntur, praesertim vero de matrimonio regis [cum Barbara Radziwiłł], de eius promotoribus et adversariis, de statuendo die et modo sepulturae regis Sigismundi I, de conventu Gnesnensi procerum Poloniae Maioris, de loco residentiae novae sponsae regis, de rebus religionis, et aliis.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Die 2 huius mensis ex Vilna per Seczinyewski<sup>2)</sup> ad Illustrissimam Vestram Dominacionem litteras dedi, quibus id, quod tempus et occasio ferebat, significavi. Heri vero Illustrissimae Vestrae Dominacionis litteras mihi obtulit Dominus Tarlo, 29 Aprilis in Nauhaus scriptas. Quibus quidem breviter respondere oporteret, si parum referencia non essent scribenda. Nihil enim interea temporis innovatum est. Quot autem Illustrissima Vestra Dominacio scribit de rumoribus ex Polonia, fuerunt varii et inconstantes, ut qui incertis autoribus fiunt. Habuimus heri obvium puerum, qui ex Maiore Polonia celeriter redit. Is dicit omnes primores illius provinciae Gneznam brevi conventuros esse. Miror autem, quis et quibus coloribus eos congerit, nam eiusmodi conventus sunt prohibiti, nisi forte litterae Regiae Maiestatis id effecissent, quas ad singulos eorum nuper dedit, ut sententias suas de tempore et modo sepulturae Regiae Maiestati significant. Fieri itaque potest, quod per talem occasionem sint conventuri, si quid non satis caute in hoc negotio scriptum contigit. Mos enim est vetus regias litteras ad domos singulorum mittere, si de re quapiam gravi sententiae queruntur. Sed utcunque est, ego credo quiete omnia nunc futura. Multa enim metuenda discordia Dominorum dissimulabit.

Ceterum Comicia Regni generalia auguror intricatissima et difficilia futura. Quod quidem et Regia Maiestas subveretur, nec satis bene ad hoc animata apparet. Dicit enim se scire modum placandi tumultuosos. Facturam nempe, quod volent. Specificae vero de theloneo novo retinendo aperte fere desperavit. Quod quidem ego laudare non possum, non tantum propter ipsum theloneum, sed propter exemplum. Animabuntur enim ad alia multa, siquidem dato uno inconvenienti, sequuntur plura. Quod itaque ad placandos subditorum animos putabimus, hoc ad inescandos et incitandos facere experiemur, et praesertim, si quando eos bellum generale in unum cogat. Sunt enim mirabiles practice eorum, quibus omnia fidimus, periculosioresque quam istorum, quos quoddammodo<sup>2)</sup> suspectos habemus. Siquidem compararunt aliqui magnas possessiones sub istis filiosque in aulas eorum dederunt, a quibus nobis istis temporibus metuendum est, nisi quod ita deplorata coniugia, que putamus eorum opera confirmata esse, aplausa et sufragia populi istis ademerunt. Quare non ita metuendi sunt. Datum in Camyenyecz, 6 Maii.

Has litteras imperfectas in Camyenyecz reliqui. Cum enim eas scriberem, misi ad hospicium Domini Tarlo, ut scirem, quandonam Illustris-

simae Vestrae Dominacionis servitor, Hedek, abiturus esset. Renunciavit mihi Bernhart Pohibel illum non absolutum iri, donec Regia Maiestas in Brzesczye veniret. Ego vero metuens, ne abiret, nam aliquid subolferam tale, scribens tanto celerius, misi iterum ad Hedek, ut meas litteras acciperet. Et ille iam abiverat, a priori responso in media hora. Quo autem animo id fecerit Pohibel, vel an ex se ipso hoc habeat, hoc ego nescio, suspicionibus vero laborare nolo, quamquam aperte a multis dicuntur et a me videntur. Idque fit non solum apud Vestram Illustrissimam Dominacionem, sed multis aliis apud Regiam Maiestatem. Quod soli velimus omnia facere videri. Sed hoc esset tolerabile utcunque, si blanditiis ad multa inconveniencia et nociva non solum Aulae, sed eciam toti Reipublicae non traheret.<sup>a)</sup> Plurimum enim refert, quos et quam graves mores et actiones Reges studeant. Nota est autem vis blandiae adulacionis, quid efficiat, qua facillime secura mens corrumpitur. Laudamus magno aplausu arridentes immodica studia equorum redariorum et curruum et id genus, que (maximis regionum humerum oneribus abiectis, ne dignitate quidem regia servata) diligentissime curantur.

Ausi quoque sumus dicere hiis, qui non laudant mala, nos de tam turpibus nuptiis nescivisse. Obliti interim nostri (memorem enim talem oportet esse). Quod coram aliis loquuti sumus, et eciam coram me eo die, cum frater <sup>1)</sup> Episcopi Cracoviensis <sup>2)</sup> Magister Curiae novae Maiestatis factus esset. Potuit <sup>b)</sup> (inquit) quidam, qui non procul stat a te, hoc officium habere pre isto, si voluisset. Offerebatur enim illi ante tres partes anni, sed ipse nolebat a Rege, cum quo tam familiariter, quandocunque libet, loquitur, alienari etc.

Hec mihi, Illustrissime Princeps, dolor et rei male et periculose actae indignitas extorsit. Rogo, ut Illustrissima Vestra Dominacio ignoscere et celare dignetur. Testor enim Dominum Deum me nulla malevolencia erga personam, tantum erga pestiferos mores incanduisse.

Ad propositum. Habui heri litteras ex Maiore Polonia. Omnes primores eius provinciae, excepto Palatino Posnaniensi <sup>3)</sup>, Gneznam, ut supra scripsi, ad obeundum funus sive exequias, ut vocant, diu memorandi Regis nostri ultima Aprilis convenisse, tractasse preterea quedam ad Regnum pertinentia. Sed eos cubicularius regius ita congregatos invenit litterasque regias de statuendo sepulturae et Comiciorum die obtulit. Scripserunt autem unam epistolam omnes, numero 11, et postea quilibet eorum privatim unam, reicientes diem sepulturae in arbitrium Regiae Maiestatis. Ceterum de Comiciis Regni sententias suas concordantes scripserunt, ut Petrikovie pro festo Assumpcionis Mariae indicerentur. Nec dubito ex Minore Polonia similes sententias quorundam futuras, qui cum Palatino Cracoviensi <sup>4)</sup> non convenient. Tedet enim antiquitus nostros Polonos in arce Cracoviensi, vel simili quopiam ocluso loco, de rebus Regis et Regni consultare. Credo autem in hiis Comiciis Regiam Maiestatem omnibus omnia facile concessuram, modo ut contra coniugium nihil agant.

Porro quod Illustrissima Vestra Dominacio scribit, ubi interim sit mansura sponsa, erat constitutum paulo ante discessum Vilna, quod Myelnyk, castellum ligneum in Lytwania prope fines Regni, debebat vehi. Sed, mutata sententia, Vilne aliam informacionem ex rerum eventu, vel saltem progressu, expectat. De coronacione eius verbum nullum. Signa tamen apparent nos eam per occasionem tentaturos, promoventibus sceleratissimis Senatoribus quibusdam, ut rebus suis pre adversariis

consulant. Auguror Reginam Bonam rebus suis bene provisuram esse, sic stantibus nostris. De Mazovia actum esse metuo.

De sepultura videmur iterum sententiam mutasse. Accelerare enim volebamus, sed nunc sumus in hoc, ut mox, ubi Regia Maiestas Cracoviam venerit, ventura est autem 24 huius mensis, Augustam et ad alia tanto plura loca, si iam inde dispersi sunt Principes, Legati mittantur, qui Principes et Reges Europe ad sepulturam rogent. Credimus autem ad expectandum responsa tempus sex hebdomadarum sufficere posse. Quare ab ingressu predicto in sex septimanis diem sepulturae indicendum sperant. De Legatis Lytwanicis per Seczygnyewski et alia quedam scripsi. Ceterum hoc non memini me scripsisse. Post regium Vilna egressum, in sex circiter horis, Petrus Kiszka sororem nostrae novae Reginae, maiorem natu virginem (wi der spis bei dem pauer), duxit. Sed iam recordor me scripsisse, datumque est illi officium magnum Marszalcatus Volinie, quod ad 3000 animarum affere potest.

Item frater eius,<sup>5)</sup> Palatinus in Witepsko, ad Magnum Ducem Moszkovie<sup>6)</sup> mittitur, luctum nostrum nunciaturus et quedam de pace per occasiones sciscitaturus et fortasse tractaturus.

Quod autem Illustrissima Vestra Dominacio scribere dignetur malam gratiam illo scripto inivisse, non dubito. Ulcera enim eiusdem non tanguntur cum graciaram actione. Nollem tamen non fuisse factum, quia credo, ubi ad nos redierimus, veros amicos honorisque studiosos gratiam reportaturos. Responsum Illustrissima Dominacio Vestra ad congressum differt. Det Dominus Deus, ut brevi fiat. Solor iterum adventu Illustrissimae Vestrae Dominacionis ad sepulturam, nescio tamen, an eodem practice vivant, que Petrikovie proxima hyeme fuerunt.

De religione quid sit sperandum, nescio. Sunt bona et mala signa. Episcopum Cracoviensem metuo. Nos facimus, que possumus. Regia Maiestas suos concionatores Vilne reliquit, ut per vices in arce concionentur dem frauenzimer. Difficile est autem in hac re aliquid certi expiscare, quia videmur non dissimilem animum habere Regis Ioannis Alberti. Qui paulo antequam clades illa et pernicies nobilitatis Polonice in Valachia, na Bukowynye, fieret, dicere solebat: Si camisia sive indusium meum sciret id, quod cogito, mox comburerem. Sed ipse vix cum camisia evasit.

Nos artem omnia occultandi nimium discimus, a pedagogis nostris instructi: Qui nescit simulare, fateatur se nescire regnare. Sed ne quid nimis, bonum est, esse posset, simulanda sive dissimulanda ad tempus dissimulare. Verum contrarium est periculosum ubique.

De negotio Domini Ioannis de Verden fecissem et faciam, quidquid potero ac libenter. Sed Dominus Tarlo, antequam mihi tria verba de hac re dixit, alloquutus est Regiam Maiestatem et responsum reportavit et Illustrissimae Vestrae Dominacioni transmisit, credo malum... Ex Lomazi, 12 Maii, 1548.

Stanislaus Boianowski.

a) in margine.

b) sequitur verbum expunctum.

z) sic in ms.

1) Stanislaus Maciejowski.

2) Samuel Maciejowski.

3) Janussius Latalski.

4) Petrus Kmita.

5) Stanislaus Kiszka.

6) Ioannes IV.

N. 1093.

Łomazy, 12.V.1548.

*Stanislaus Łaski, palatinus Siradiensis,  
Alberto in Prussia duci  
nunc se ad omnia ducis quaesita respondere non posse nuntiat, reliqua  
ex litteris regiis ducem esse intellecturum.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1094.

Osiek, 19.V.1548.

*Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R. P. capitaneus,  
Alberto in Prussia duci  
Ioannem Jabłoński, rei militaris peritum, commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1095.

Osiek, 19.V.1548.

*Stanislaus Łaski, palatinus Siradiensis,  
Alberto in Prussia duci  
Ioannem Jabłoński, rei militaris peritum, commendat.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1096.

Człuchów, 20.V.1548.

*Ianussius Łatałski de Łabiszyn, palatinus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
doctorem Rupertum [Fink] sibi mittendum petit ad curandum oculorum  
suorum defectum (ad depellendam cataractam).*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*



N. 1097.

Posnaniae, 23.V.1548.

*Andreas a Gôrka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
petit, ut sibi dux architectum, in arte aedificandi turres, tecta etc.  
versatum, ad certum temporis spatium mittere velit.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K. 375.*

*Durchlauchtiger etc.*

Ich wiell E. F. G. nicht vorhalten, das mich der edle, wolgeborne herr, herr Achatius von Czema, woywodt zu Margenburg etc., auf ein zeit bericht, das solthen E. F. G. einen sehr kunstreichen und ehrfarnen mayster bey siech haben, welcher auf pflasterung<sup>a)</sup> der flachen, decher und altanen uber die mass geschickt und ehrfarn sein solthe, sein arbeyt auch standhaftig und wierig, wie dan solchs aus den thurmen, so ehr E. F. G. zubereidt, zu ehrsehen wehr. So ich aber in meinem vorgehomenem Bawe eines solchen maysters zum hochsten bedorfendt, demnach ist ahn E. F. G. mein dinstlich biet, sie geruchen, solchen mayster uff ein kleyne zeit mir zu vorleyhen und gnediglich vorschaffen, damit ich durch desselbten radt und thadt in meinen vorhaben uff das schirst mocht befordert werden. Wiel in belonung seiner arbeyt und muhe mich gegen im aller gbur vorhalden und dies nach hochstem vormugen umb E. F. G., welche ich in diesem bietlich anzufallen und ire befoderung, gnadt und gunst zu suchen, aus hoem abligen geursecht, zu jeder zeit gantz williglich Datum Posen, den 23 Maii anno etc. im 48.

b) Illustrissime Dominationis Vestre  
servitor Andreas Comes a Gorka  
etc. manu sua subscripsit.<sup>c)</sup>

a) *correctum ex:* pfalasterung

b) *c) manu propria.*

N. 1098.

Człuchów, 27.V.1548

*Ianussius Latałski de Łabiszyn, palatinus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
cyrulicum Rupertum [Fink] ad curandos oculos suos sibi mittendum  
iterum expetit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K. 375.*

Cracoviae, 2.VI.1548.

*Stanislaus Sobek de Sulejów  
Alberto in Prussia duci*

*excusat se, quod ob negotia sua nondum expedita ad ducem statim proficisci non possit; refert de nuntio Valachorum, de bello a Turcis contra Persarum regem parato; sperat ducem ad sepulturam regis Poloniae senioris [Sigismundi I] Cracoviam venturum.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

Illustrissime Princeps, etc.

Illustrissime Princeps, Tua Illustrissima Celsitudo bene scit me in negociis Tue Illustrissime Celsitudinis Cracoviam profectum esse, quamquam eciam paululum in meis. Tuam igitur Illustrissimam Celsitudinem humillime peto, tanquam humillimus servitor Tue Illustrissime Celsitudinis, ut Tua Illustrissima Celsitudo non egre ferat, quod ego tam cito iterum ad Tuam Illustrissimam Celsitudinem proficisci non possum, quoniam in meis negociis prorsus nihil gessi. Attamen hoc responsum a Domino Boyanowski Tue Illustrissime Celsitudini mitto. Dominum Tarlo admonui, ille mihi responsum dedit se iam ad Tuam Illustrissimam Celsitudinem scripsisse. Quod attinet in meis rebus, iam cum patruo locutus sum. Ille enim aliter iudicavit quam fuit, et Deo volente, bene erit. In finem quid scribam, nihil habeo, tantum hoc unicum.

In vigilia Corporis Christi Nuncius Valachorum Cracoviam venit. Ille quid novi attulerit, nihil adhuc certi est. Eius autem servitor palam locutus est, quod ab eorum Dominis Nuncius in Regno Thurcarum erat, et illum hec dixisse, quod Cesar Thurcarum<sup>1)</sup> contra Zophi Regem Persarum cum maximo exercitu profectus sit.

Quod autem attinet de nupciis Sacre Regie Maiestatis, nihil Tue Celsitudini scribere possum. Opinor enim Tuam Celsitudinem melius scire. Posthac Tua Illustrissima Celsitudo a me resciet.

Illustrissime Princeps, hec apud nos pro certo a Dominis rescivi, quod Tua Illustrissima Celsitudo Cracoviam ad Regis senioris sepulturam veniet, quod ego humillime peto, ut Tua Illustrissima Celsitudo mihi indicare velit, quoniam aliquid ad dicendum Tue Celsitudini habeo. Quod ego reservare curabo. De bono equo eunucho curam adhibeo, ut Tue Celsitudini adducere possim... Datum Cracoviae, II Iunii, anno Domini 1548.

Humillimus servitor Tue Illustrissime Celsitudinis  
Stanislaus Sobek de Suleyow.

<sup>1)</sup> *Solimanus II.*

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*mittit instructionem legato Augustam misso datam; de Frycz [Modrzewski]  
ad duces mittendo notificat; se Augustam invitum proficisci nuntiat;  
alia nova velatis verbis, praesertim ad matrimonium regis pertinentia,  
refert.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

... Illustrissime Princeps.

Ex Asvero Branth Illustrissima Vestra Dominacio ea omnia audiet, que ego scripturus eram. Mitto Illustrissimae Vestrae Dominacioni instructionem, Legato Augustam misso datam<sup>1)</sup>: primam, ut fuit lecta in Senatu et silencio omnium aprobata, deinde aliam sive addicionem ad hanc, occulterioribus consiliis factam. Vix enim persuadere sibi potuerunt, ut ad sepulturam vocarent idque tardissime, ut videlicet nemo venire vel mittere posset. Statuerunt eciam tandem idque invitissimi Illustritatem Vestram vocare. Nec scio aliter, quam quod quidam Frycz, homo non indoctus, syncerae religionis studiosus, nuper servitor, ni fallor, secretarius Regis factus, qui cum Domino Laski in hac legacione fuit, ad Illustrissimam Vestram Dominacionem ibit. Mitto praeterea protestacionem Caesaris, contra Consilium<sup>2)</sup> sive consiliabulum<sup>2)</sup> Bononiam Tridento translatum factam. Mitto praeterea tres oraciones, quibus Regia Maiestas fuit excepta.\*\*)

Nunc Augustam invitissimus et pessime contentus vado, cum ob verecundiam et alias causas, tum vero maxime, quod Vestram Illustrissimam Dominacionem videre in Polonia non potero, nisi forte Illustrissima Vestra Dominacio Petrikoviam recta ad Conventum Regni generalem iret, qui ad festum Sancti Laurentii est indictus, quamquam mihi hoc certe videre videor, ut ulterius transponatur.

Matri<sup>1)</sup> cum filio hactenus non bene convenit. Conveniet autem, si in novas nuptias consenserit. Dominus Caczkowski heri huc venit, quem summa cura observant omnes et Regia Maiestas, dubitantes, in quamnam partem practice sui principalis<sup>2)</sup> cadant. Nunc<sup>3)</sup> velim nolim, abire me oportet. Cras plura, si quid erit, Illustrissimae Vestrae Dominacioni scribam. Dixi enim omnia, que Illustrissimam Vestram Dominacionem scire expedire putabam, Domino Branth. Quo pacto impudentissimi homines factum turpissimum turpiori et scelerata excusacione ornare consulunt, si quis Auguste interroget.<sup>2)</sup>

Item quis modus concordandorum Senatorum et quorundam cohercendorum, ut placita dicant. Verissimum est autem vetus proverbium: Dato uno inconvenienti, sequuntur plura. Valeat Illustrissima Vestra Dominacio, bono afflictae Reipublicae et decoro futura. Cracoviae, 8 Iunii, 1548.

a) sequitur expunctum: cogor

1) Bona.

z) sic in ms.

2) Andreas Górka.

\*) deest.

\*\*\*) v. N. 1077.

*Schedula adiuncta:*

Vocati ad sepulturam:

Caesarea et Regia Romanorum Maiestates,

duo filii Ferdinandi,

Cardinales Tridentinus et Augustanus,<sup>1)</sup>

Electores omnes,

Pomeranie,<sup>2)</sup> Legniczensis,<sup>3)</sup> Episcopus Wratislaviensis,<sup>4)</sup> Dux Theszy-  
nensis,<sup>5)</sup>

Regina Hungariae Isabella.

*Alia schedula:*

In litteris primis ex Cracovia datis, nescio si 16 pro 26 Maii non scripsi. Ignoscat Illustrissima Vestra Dominacio. Non esset mirum nos non solum errare, sed et insanire.

1) *Christophorus Madruzzo et Otto Truchsess.*      4) *Balthasar Promnitz.*

2) *duces Pomeraniae: Barnim IX et Philippus.*      5) *Venceslaus III.*

3) *Fridericus II.*

*N. 1101.*

*Cracoviae, 11.VI.1548.*

*Petrus Zborowski, castellanus Sandomiriensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*de regis [Sigismundi Augusti] Cracoviam adventu et de die sepulturae  
regis senioris et celebrandorum Comitiorum statuto.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

Illustrissime Princeps, *etc.*

Quod hactenus servitia mea paratissima Clementiae Vestrae non obtulerim scriptis, effecit, quod nihil novi habuerim, quod aut dignum ad Clementiam Vestram perscribi, aut Clementiam Vestram ignorare arbitrarer. Nunc etsi quoque nihil adhuc scitu dignum hic contigerit, tamen hac propensitate inserviendi, quam Clementiae Vestrae debeo, victus, committere nequivi, quin servitia mea licet minima, paratissima tamen, Clementiae Vestrae praesentibus offerrem, quandoquidem nunquam apud me quicquam charius et perfectius habui habeoque, quam ut Clementiae Vestrae placere possem ac in omnibus obsequi. Hic etsi omnes gravi merore et tristitia morte Serenissimi olim Regis nostri senioris, pia et sanctae memoriae, affecti sumus, hoc tamen consolamur, quod Sacra Regia Maiestas iunior, Dominus noster clementissimus, prospera et incolumi valetudine utatur, quodque Regia Sua Maiestas e Magno Ducatu Lithuaniae in Regnum Poloniae salvis auspitiis pervenerit. Ubi advenientem plurimi et praecipui Consilarii Regni grato et lubenti animo, ut decuit, exceperunt. Quorum alii ad fines usque ipsos Ducatus Lithuaniae, alii ad medium iter Regiae Suae Maiestati obviam venerunt.

Funus Sacrae Regiae Maiestatis, parentis sui, ad diem Divo Iacobo

dicatum exequendum statuit. Ad festum autem Sancti Laurentii Comitia Petercovieae auspicare dignabitur. Hoc quoque Clementiae Vestrae significandum volui, quod Sacra Regia Maiestas Dominum Ostrorog ad Caesaream Maiestatem et Regem Romanorum, obitum parentis sui illis declarando, ablegare dignata sit. Ad caeteros quoque Principes Germaniae scribere et mittere dignabitur. Quae deinde futura sunt, non erunt incognita Clementiae Vestrae... Datae e Cracovia, XI die mensis Iunii, anno a nato Christo MDXLVIII.

Eiusdem Clementiae Vestrae  
servitor obsequentissimus  
Petrus Sborowski, Castellanus Sandomiriensis.

N. 1102.

Cracoviae, 11.VI.1548.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R. P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
Assuero Brandt, ducis legato, ad omnia quaesita et ducis mandata se  
respondisse significat, ex quo dux omnia cognoscat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1103.

Posnaniae, 13.VI.1548.

*Andreas a Gôrka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
priore architecto demortuo, petit, ut sibi dux alium mittat; nuntiat de  
Comitiis ad diem s. Laurentii indictis et de animorum in Regno  
exacerbatione ob regis matrimonium.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

Durchlauchter, etc.

Ich thue mich gegen E. F. G. ganz dinstlich bedanken, das dieselbte auf mein schriftlich ahnsuchen und bitte, mier einen bawmayster, der da mit aldanen zu vorfertigen umbzuehen wuste, uff ein zeit zu vorleyhen, mich so gnediglich und gunstiglich beandwordt, iren radt mittaylet und siech aller gnad und befoderung ferner vornemen lessedt. Welches, sintemall ichs (in betrachtung meines obligen) vor ein sonderliche gnad und woltadt ehrkenne, ehrbutte ich mich, umb E. F. G. diets jdere zeit nach hochstem vormugen zu vordienen.

So ich aber uff dietsmall mit keinem mayster, der mit solchem bawe umbzuehen grundtlich ehrfahung vorsehen, demnach ahn E. F. G. (irem selbst gnedigen ehrbutten nach) mein dinstlich bitte, sie geruchen mir einen mayster auf das schirst zuzusenden, welcher mir ein altan als der vorstorbene mayster E. F. G. zuberaidt nach derselbten ersten bebe-

schreibung, darauf dann auch E. F. G. radt und guddungen beruhet, vorfertigen moechte.

Dan ich zweyfels frey, der vorstorbene mayster umb siech bey leben leut gehabt, die da solche konst von im werden ehrlernet haben. Gegen demselbigen mit erstattung und belonung seyner muhe und arbeit, wiell ich mich nach E. F. G. selbst willen und gefallen, einlassen und bezeigen.

Im fall aber, so dem vorstorbenen mayster der geschiglikeit nach keiner gleich mocht betroffen werden, ist meis ganz dinstlich biette, E. F. G. mir <sup>a)</sup> durch iren baumeyster ein muster schneiden lassen, des treugen halbe berichten und nach dem der sandt geschudt und das pflaster von feldsteynen dorauf gemacht, woemit das pflaster vorgussen und vorwardt werden soll, mich gnediglich zu vorstendigen.

Und wiewoll ich E. F. G. mit diesem ungerm vorunweyle und belade, so werde ich doch aus hoem obliegen solchs zu thun vorursach, darumb mich E. F. G. gnediglich entschuldigt nehmen woellen. Ich bin aber, solche bezeigte gnad und befoderung E. F. G. newlichen abzudienen, ehrbuttig.

Von neuen zeitungen, so itzo in der Cron Polen furlaufen, wais ich E. F. G. in sonder nichts zu schreiben dan allein, das ein landtstag auf schirst konftig Laurenti zu Peterkaw angestellet worden ist und das menniglich in der Cron mit der vorehung koniglicher majestet sehr ubel zufrieden. Uber dies, welches meines ehrachten (das Gott geklaget sey) noch gar zu viell, habe ich von neuen zeitungen E. F. G. zuzuschreyben nichts vorhanden...

Datum Posen den XIII Iunii anno etc, im XLVIII.

<sup>b)</sup> Illustrissimae Dominationis Vestrae  
servitor Andreas Comes a Gorka  
etc. manu sua subscripsit.<sup>c)</sup>

a) *supra lineam.*

b)-c) *manu propria.*

N. 1104.

Lasko, 15.VI.1548.

*Stanislaus Laski, palatinus Siradiensis,  
Ioanni a Kreitzen, ducis in Prussia cancellario,  
per Andream Frycz [Modrzewski], ad ducem proficiscentem, eum salutat.  
Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1105.

Lasko, 16.VI.1548.

*Stanislaus Laski, palatinus Siradiensis,  
Alberto in Prussia duci  
Andream Frycz [Modrzewski], praepositum Brezinensem secretarium re-  
gium, cum epistolis et novis ad ducem missum, commendat.  
Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1106.

Posnaniae, 23.VI.1548.

*Andreas a Górka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
cubicularium ducis, Casparum a Lehendorff, audivisse se scribit eique  
ad omnia ducis mandata respondisse oretenus.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.375.*

N. 1107.

Domasław, 4.VII.1548.

*Ioannes Lewicki (Levicius), abbas Czervensis,  
Alberto in Prussia duci  
per fratrem suum, Andream, ducem salutatur et servitia sua offert.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1108.

Lublina, 5.VII.1548.

*Ioannes Tęczyński, palatinus Sandomiriensis,  
Alberto in Prussia duci  
filios Pauli Sapieha, marsalci Magni Ducatus Lithuaniae, in Academiam  
Regiomontanam studiorum causa proficiscentes, commendat, « qui  
si tardi atque hebetes seu negligentes ad studia litterarum capes-  
senda videbuntur, dignetur illos Illustritas Vestra serviciis Princi-  
pum atque Magnatum aliquorum addicere... »*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1109.

Posnaniae, 19.VII.1548.

*Andreas a Górka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
Casparum Kaczkowski ad ducem certis in negotiis mittit eumque com-  
mendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

*Ioannes Policki*

*Alberto in Prussia duci*

*de totius fere nobilitatis animis ob regis matrimonium [cum Barbara Radziwiłł] offensis, qui a senatoribus magis atque magis accenduntur; de nuntiis terrestribus ad Comitia Regni generalia in comitiolis particularibus electis; de spe nobilitatis in ducis futuro Cracoviam adventu posita.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Mox atque Cracoviam veni, veni autem hodie, hunc servitorem meum ad Illustrissimam Dominationem Vestram cum literis mittendum duxi, quibus quid Illustrissimae Dominationi Vestrae significarem, aliud non est, quam quod in his Comiciis particularibus et generalibus, in Proszewicze, Opatow et Nova Civitate Korczin proxime celebratis, ingens visa est totius nobilitatis in Sacram Regiam Maiestatem, Dominum nostrum, ob hoc eius coniugium animorum commotio ita, ut qui omnibus illis rebus interfuerit, quive omnia, quae ab illis dicta et agitata sunt, audiverit, eum summum dolorem et animi molestiam ex ea re capere necesse sit. Hos nobilitatis animos, satis per se offensos, Senatores Regni magis ac magis accendunt, qui fere omnes mutuis odiis et dissensionibus adeo inter se dissident, ut publicae salutis et tranquillitatis obliti suis tantum affectibus serviant et indulgeant et nescio quid mali cogitent molianturque.

Quae res Sacram Regiam Maiestatem adduxit, ut ad Comicia Proszewicensia aulicos suos fere omnes cum Domino Episcopo<sup>1)</sup> et Castellano<sup>2)</sup> Cracoviensibus mittere coacta sit. His etiam stipendiarii pedites additi sunt. Ex altera parte Dominus Palatinus Cracoviensis,<sup>3)</sup> horum duorum aemulus, in partibus suis totam nobilitatem habuit. Itaque omnes ita animati erant, ut non ad Comicia seu consultationem de Republica, sed ad pugnam venisse viderentur. Quae in his et aliis supranominatis Comiciis tractata et agitata sunt, longum esset singillatim omnia recensere. Praecipui tamen sunt articuli duo: de Sacrae Regiae Maiestatis coniugio dirimendo et dote Reginalis Maiestatis<sup>4)</sup> de Ducatu Masoviae transferenda, idque ob eam causam, quod habeat ius seu potestatem summam dotis suae cui vellet inscribere, etiam testamento legare. Quod omnibus suspectum et huic Regno periculosum esse videtur.

In quibusdam autem terris Minoris Poloniae nuncii terrestres ad Maiora Comicia Regni Piotrcoviae indicta electi sunt, in quibusdam universa nobilitas in personis suis Piotrcoviam proficisci decrevit, uti ex terra Sandomiriensi, quae se cum terris Maioris Poloniae, Posnaniensi, Calissiensis, Siradiensi, Lanciciensis, Brzestensis, Iuniwladislaviensi, Plocensi et Ravensi conformare et coniungere voluit. Nam et in his nuncii electi non sunt. Haec quorsum spectent, Vestra Illustrissima Dominatio, pro sua excellenti prudentia, facile intelligere potest.

Adventus autem ad hanc civitatem Illustrissimae Dominationis Vestrae imprimis Sacrae Regiae Maiestati Reginalique, deinde omnium huius



Regni ordinum hominibus, quemadmodum hic intellexi, gratissimus et optatissimus est. Magnamque spem omnes iam in Illustrissima Dominatione Vestra posuerunt, quod in Regia Maiestate ab hoc coniugio revocanda autoritate, consilio et auxilio suo non sit illis defutura. Plura scribere nolo, sed de aliis coram cum Illustrissima Dominatione Vestra agere malo. Illud tantum opto, ut Illustrissima Dominatio Vestra sospes et incolumis huc veniat... Datum Cracoviae, feria sexta ante festum Sanctae Mariae Magdalenaee, anno Domini 1548.

a) Ioannes Polyczky  
famulus Vestre Illustritatis ad omnia promptus.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Samuel Maciejowski.*

2) *Ioannes Tarnowski.*

3) *Petrus Kmita.*

4) *Bona.*

N. 1111.

Cracoviae, 21.VII.1548.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*de suo Augusta reditu et de Comitibus Imperii absolutis; de sperato imperatoris ad sepulturam regis adventu; mittit libellum « Interim » et refert de principibus Imperii idem refutantibus; narrat alia de rerum statu in variis Europae regionibus.*

*Vest. sigilli. Autogr.*

*H B A, B 2, K.376.*

Illustrissime Princeps.

Hodie ex Augusta huc veniens, cupiebam Illustrissimae Tuae Dominationi ad Myechow obviam ire. Sed video, quod in tam recenti meo reditu sine voluntate Regie Maiestatis hoc facere non licet. Nec etiam videtur consultum esse, ut de hac re Suam Maiestatem alloquar, presertim quod optatissimam presenciam Tuae Illustrissimae Dominationis brevi videre licebit.

Afferimus ex illo loco Cesareae Maiestatis erga Regiam Maiestatem et eius subditos splendidam favoris et benevolentiae significacionem. Que res confirmatura est conatus nostros. Iucundam enim legacionem adfert Caesaris Orator, Dominus Wilhelmus Trugczes, Cardinalis Augustani frater, hoc est, inter cetera, protectionem et assistenciam Cesareae Maiestatis. Movebit preterea Senatores Regni ad obedienciam et concordiam publicam et privatam. Sed hec ad diem Mercurii proximum celandam sunt.

Possit hic fortasse Ovidius dicere:

O formose puer, nimium ne crede colori!

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.<sup>a)</sup>

Sed ego non intelligo, quid sit bonum vel malum, quamquam cum Augustam venissemus, dicebatur: Immo ita est, quod iam fuerunt littere

parate ad Regiam Maiestatem nomine Cesaris et Statuum Imperii. Quibus Suam Maiestatem movebant, ut aut Ducatu Mazovie cederet, aut se feudalem Imperii in hac parte agnosceret. Sed hoc est dilatatum, in eiusque locum dulcius quiddam successit. Comicia Imperii finita et soluta, recessus earum<sup>2)</sup> imprimuntur, sed nondum sunt publicati.

Mitto libellum Illustrissimae Tuae Dominacioni, qui vocatur Interim,<sup>\*)</sup> scilicet dum Concilium celebratur. Sed hoc Interim, rebus sic stantibus, Semper poterit vocari. Quia nunquam legitimum Concilium hoc pacto habere poterimus. Sed fortasse Hispani huic libello Germanicum vocabulum dederunt: Hinterym, vel si Latinum, debet e addi, ut sit: Interime. Quod vero in facie libri scripsit ab omnibus Ordinibus Imperii receptum esse, hoc est falsum,<sup>b)</sup> etsi non dubito, quin successive omnes illuc cogentur. Sed tamen adhuc plurimi sunt, qui non acceptarunt. Inter Principes autem Imperii omnes primam laudem obtinuit Illustrissimus Dominus Ioannes Marchio Brandeburgensis, qui in faciem Cesareae Maiestati sine colore dixit se id non posse facere. Inter civitates vero Argentina. Que nescio quam foeliciter, fere sola, poterit resistere. Eorum consilia diriguntur, ut visitetur, ita ut Augusta aut Ulma etc. Norimberga sibi adhuc sapere videtur. Suscepit hoc Interim, Cesari et suis uno flatu inservire cupiens, sed ego vereor, ne neutri. Quamquam enim serio et simpliciter hoc reciperent, a visitacione tamen, ut supra, non facile erunt liberi, nisi aperta vi resistere velint.

Ioanni Friderico Duci Saxoniae missum est eciam Interim, ut credat. Cumque quoddammodo<sup>2)</sup> renueret, indurata est illi captivitas. Concionator iussus est abire, familiae maxima pars adempta, 12 tantum persone relictæ. Ille omnes inermes semper esse debent. Cocis eciam mandatum esse, ne diebus certis carnes parent. Ipsi captivo, pluribus custodibus adhibitis, interdictum, ne ex cenaculo et cubiculo pedem moveret, qui alioquin paulo ante libere potuit expaciari. Nunc ne in hortum quidem eiusdem hospicii.

De Lantgravio<sup>1)</sup> constanter affirmabatur aut iam fuisse dimissum, aut brevi liberatum iri.

Principes Germani in aula Cesaris nunc nulli sunt. Rex Romanorum Vienne est, brevi Presburgum,<sup>c)</sup> ferreis sive armatis consiliis, cum reliquiis Hungarorum Comicia celebraturus. Archidux Maximilianus in Hispanias profectus. Filii Imperatorie Maiestatis<sup>2)</sup> venturus est, credo, ut nostris Germanis denuo os obliant, hactenus dormientibus. De pace firma et certa inter Gallos et Hispanos nulla spes, nisi aut Imperator Mediolano, aut Rex Gallie Pedemonte cedat. At quantum utrumque abest? Papa<sup>3)</sup> Regi Galliae adherere affirmatur et Helvecii adhuc perstant, quamquam illos inter se Hispanica quedam practica discordes facere dicatur. Nihilominus tamen Helvecii Constanciam et Argentinam animare et confirmare non desinant.

Sed iam carta et tempus deficiunt... Cracoviae, 21 Iulii, 1548.

Stanislaus Boianowski

a) *Versus citati non sunt Ovidii, sed Vergilii (Ecloga II).*

b) *verbum correctum*

1) *Philippus landgravius Hassiae.*

2) *Philippus.*

c) *correctum ex: Presburgum (vel viceversa); expunct. in*

2) *sic in ms.*

3) *Paulus III.*

\*) *hic deest.*

N. 1112.

s. l. [ante 28.VII.1548]

*Stanislaus Łaski, palatinus Siradiensis,  
Alberto in Prussia duci  
symbolum seu Pater noster pro legato imperatoris [Caroli V] petit.*

*Vest. sigilli. Autogr.*

*H B A, B 2, K.376.*

*Illustrissime etc.*

Res certo non adeo est ingens, ut magnus de ea sermo habeatur longusque. Symbolum sive Pater noster electri albi, quod quotidie Celsitudo Vestra manibus deferebat, venit hodie in magni cuiusdam viri mentionem. Cuperet ille habere, Caesaris Legatus <sup>1)</sup> scilicet. Qua re vel Celsitudo Vestra mihi illud donet, precor, vel, si libet, aliquid tale cogitet, ut Legatus habeat, humilliter hortor.

Celsitudinis Vestrae humilis  
Łaski subscripsit.

<sup>1)</sup> *Guilielmus Truchsess.*

N. 1113.

*Cracoviae, 1.VIII.1548.*

*Iacobus Uchański, regis Poloniae maior secretarius,  
Ioanni a Kreitzen, ducis in Prussia cancellario,  
pro « pauperculis » fratribus suis intercedit, ut eis privilegium concedatur, quo hereditatem a patre alienatam redimere possint.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1114.

*Cracoviae, 18.VIII.1548.*

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci  
de imperatore Turcarum a rege Persarum victo; de proceribus Lithuaniae in comitatu novae reginae [Barbarae Radziwiłł] in Regnum venturis; de primoribus Maioris Poloniae mitioribus factis in negotio matrimonii regis.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.376.*

*Illustrissime Princeps, etc.*

Post discessum Illustrissimae Vestrae Celsitudinis nihil est scriptum dignum. Ab extra quidem certo affirmatur ex variis regionibus Imperatorem Turcarum, <sup>1)</sup> post priorem cladem, iterum gravissimo conflictu, in quo et ipse personaliter fuit, a Rege Persarum <sup>2)</sup> esse victum. Quod quidem etsi sit, quod omnes christiani gaudeant, dubito tamen, an Rex

Galliae cupiat. Nec scio, an Prussia cum adherentibus hoc precari ex animo possit, nisi firma spe pacis habita. De rebus nostris hoc fertur, quod cum nostra Regina nova venturi sunt 1500 equitibus Dominus Marscallus Litwaniae,<sup>3)</sup> qui nudius quartus ab aula discessit, cum duobus aliis Radwilonibus, item Duces Rutheni, Sluczki<sup>4)</sup> et Constantinowycz,<sup>5)</sup> item Hornostaj,<sup>6)</sup> Litwaniae Thezaurarius, Ruthenorum Deus; Petrus Kischka, sororis illius Reginae maritus; Kyezgal<sup>7)</sup> et Dowoyna iunior.<sup>8)</sup> Quibus obviam itura est media pars aulicorum, nescio quam procul, sed credo, quod tantum ad fines Litwannie.

Ex Maiori Polonia idem, quod ante, fertur, quod non sunt contenti. Credimus tamen ex certis signis miciores in hoc conventu particulari futuros, quam fuerint in praeterito. Nec credo quidquam aliud serio tentaturos, quam ut theloneum novum auferatur, quod tantum ad vitam Regi mortuo fuit concessum.

Item 300 floreni, quos ab Illustrissima Vestra Celsitudine in mutuum rogavi, si commodum est, ut Gedani apud Petrum Grun aut Georgium Felkner ponantur, in quibus solvendis ego me volo ita gerere, ut decet... Cracoviae, 18 Augusti, 1548.

Illustrissimae Vestrae Celsitudinis  
inutilis, sed fidelis servitor  
Stanislaus Boianowski

*Schedula adiuncta:*

Henricus Felkner ex Cancellaria ante hodiernum diem non fuit absolutus. Rogat, ut Illustrissima Vestra Dominacio ignoscere dignetur, quod serius secutus est.

1) Solimanus II.

5) Constantinus Basilius Ostrogski.

2) Tahmasp I Zophi.

6) Ioannes Hornostaj.

3) Nicolaus Radziwill, pal. Vilmensis.

7) Stanislaus Kieźgajto

4) Georgius Slucki.

8) Stanislaus Dowojna.

N. 1115.

Posnaniae, 26.VIII.1548.

Andreas a Górká, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci

Casparo a Lehendorff audito, eum remittit et significat se eidem Lehendorff quaedam duci perferenda commisisse.

Sigill.

H B A, B 2, K.376.

N. 1116.

Opoczno, 28.VIII.1548.

Nicolaus Dzierzgowski, archiepiscopus Gnesnensis,  
Alberto in Prussia duci

se omnia sibi a duce commissa reginae diligenter retulisse nuntiat; consanguineum suum (Stanislaum Ławski), castellanum Visnensem, duci commendat.

Sigill.

H B A, B 2, K.376.

N. 1117.

Posnaniae, 4.IX.1548.

*Andreas a Görka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
Gulielmum Skrzynecki (in ms. Skrzynieczki) commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1118.

*Strzyna, 14.IX.1548.*

*Ioannes Policki  
Alberto in Prussia duci  
130 boves et 7 equas dono mittit; summam 400 aureorum ad unius anni  
spatium sibi mutuo dandam expetit.  
(Polonice, cum versione germanica)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1119.

*Posnaniae, 19.IX.1548.*

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci  
de legatis in conventu particulari Srodensi ad Conventum generalem  
Petricoviensem electis, contra matrimonium regis [cum Barbara  
Radziwiłł] acturis (quorum elenchum in schedula adiungit): refert  
de novo senatu Augustae; de lite inter papam et imperatorem; de concordia  
inter reges Galliae, Angliae et Scotiae.*

*Sigill. Autogr.*

*(Cum 2 schedulis)*

*H B A, B 2, K.376.*

... Illustrissime Princeps.

Veniens huc sub conventu particulari Srzedensi, inveni negocia Republicae tranquillius quam ante tractari. Quod Illustrissimae Vestrae Dominacioni significare non indignum censui.

Electi sunt hii 12 Legati ad Conventum generalem, quibus inter cetera commissum est, ut serio contra presens matrimonium Regiae Maiestatis agant. Sed vereor, ne frustra. Melius est tamen, quam si tacerent. Vexatio enim dat intellectum, quo cicius respiscere possemus. Quamvis nescio, an in tali passione hoc valeat.<sup>3)</sup> Vereor autem, ne magis illud Ovidii:

Nitimur in vetitum semper cupimusque negata.

Sic interdictis imminet eger aquis.

Ex Germania credo Illustrissimam Vestram Dominacionem habere cer-

ciora, quam apud nos feruntur. Imperator hactenus est Augustae, Senatū veterem et omnes urbis officiales deposuit novumque ex Fuggeris, Velseris, Baumgertneris, Relingeris et ceteris conflavit. Quorum substantia extra urbem maior est quam intra.

Item nescio, quam magnus Hispanorum numerus fuit, qui stratagemate quodam Constanciam intercipere conabantur, sed repulsi interfecti sunt, una cum duce suo, multi. Rapinis tamen et igne multa damna intulerunt.

De pace inter Papam<sup>1)</sup> et Cesarem incertum est hactenus. Quantum autem per coniecturam ex Legato Papae<sup>2)</sup> (quem Cracoviae, cum huc iturus eram, sum alloquutus) assequi possum, magis apparet discordia. Nam, inter ceteras causas, Imperator nunquam sponte Plancencia cedit, ille autem, non nisi habita, quiescet.

De Gallis apud nos nihil. Audivi quidem, sed incertis autoribus, Reges Angliae<sup>3)</sup> et Shccotiae<sup>4) 2)</sup> concordēs factos cum Rege Galliae<sup>5)</sup> confederatos et coniunctos esse.

Legatus ille Pontificis, quem Cracoviae vidi, iam est absolutus. Credo, quod eius practicae Episcopo<sup>6)</sup> et Castellano Cracoviensibus<sup>7)</sup> sunt suspectae, propterea quod per indirectum vellet nos cum Papa contra Imperatorem coniungere, eaque de causa Sendomiriam ipsi duo tantum cum Regia Maiestate convenientes, Legatum absolverunt etc...

Posnaniae, 19 Septembris, 1548.

In Anglia puram religionem sive doctrinam bene ordinatam et susceptam esse pro certo accepimus.

Servitor

Stanislaus Boianowski

a) *super lineam.*

1) *Paulus III.*

2) *Hieronymus Martinengo.*

3) *Eduardus VI.*

4) *Maria infans (matre Maria de Guise regnante)*

5) *Henricus II.*

6) *Samuel Maciejowski.*

7) *Ioannes Tarnowski.*

*Schedula adiuncta:*

**Ex Srzoda Legati**

**Dominus Raphael Lesczinski, Castellanus Przemetensis**

**Dominus Ioannes Crotoski, Castellanus Rogoznensis**

**Mathias Gorski, Capitaneus Wschowensis**

**Nicolaus Krzyczki, Succamerarius Posnaniensis**

**Iudex Callisiensis**

**Ioannes Golinski**

**Stanislaus Bnynski**

**filius Domini Palatini Calisiensis<sup>1)</sup>**

**Petrus Boianowski**

**Albertus Suloczki**

**Marschewski<sup>2)</sup>**

**Nicolaus Wyskoczki.**

*Alia schedula:*

Quantum iudicare possum, credo, quod Illustrissima Vestra Dominatio Petrikoviam non vocabitur. Credo autem, quod Cracoviam brevi post Conventum.

1) *Petri Stużewski.*

2) *Adalbertus Marszewski.*

N. 1120.

Strzyzna, 5.X.1548.

*Ioannes Policki*

*Alberto in Prussia duci*

*novem equas ex equaria palatini Podoliae [Ioannis Mielecki] et quinque ex sua dono mittit; summam 400 aureorum sibi mutuo praestandam petit.*

*(Polonice. Adest etiam versio germanica)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1121.

Baytkowo, 15.X.1548.

*Stanislaus Ławski, castellanus Visnensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*supplicat, ut ei dux residuitatem bonorum Andrissowo, intercessione Nicolai Dzierzowski, archiepiscopi Gnesnensis, patris sui, accedente, condonet.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1122.

Lewiczyno, 17.X.1548.

*Ioannes Lewicki (Levicius), abbas Czervensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*pro fratre suo, Andrea Lewicki, intercedit, ut in possessione bonorum Wierzbowo sub castro Soldaviensi (Dzialdoviensi) confirmetur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1123.

Opoczno, 17.X.1548.

*Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R. P. capitaneus,*  
*Alberto in Prussia duci*

*de negotio ducis apud imperatorem [Carolus V] nondum confecto, de imperatoris accelerato itinere; de possibilitate novorum tumultuum in Germania.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*In eo negotio, cuius Illustrissima Dominatio Vestra literis suis meminit, nihil adhuc actum est, nam hucusque Sacra Regia Maiestas nihil certi ab illis partibus habet. Ego, paulo antequam Regia Maiestas e*

Cracovia discesserat, miseram celerem nuntium meum versus aulam caesaream, qui nunc primo rediens narrat Caesaream Maiestatem mirum in modum ex Germania properare. Nam ubi mensem aut aliquot hebdomadas immorari debebat, vix unam diem confecit. Consecutus est eum Coloniae ac inde domum rediit, ubi cum Maiestas Sua iustum tempus transigere debebat, exacto uno solum die alio se recepit. Quae sit autem causa tantae festinationis, certo ediscere non potuit. Tamen non obscurum videri dicebat exoriri subinde aliquas significationes novorum tumultuum omnemque rerum procursum in deterius prolabi. Ferunt inibi passim Comitem Bierensem<sup>1)</sup> in Frisia esse insidiis circumclusum, Caesaream vero Maiestatem, quae illi suppetias ferat, non amplius quam quatuor milia armatorum in promptu habere, duo scilicet equitum et duo peditum. Si quid autem exercitus ex ditionibus inferioris Germaniae, ad quas contendit, illi accrescat, postea audiemus. Interim vero Maiestati Regiae, Principi nostro, nihil constituere certo visum est, donec hoc ipsum responsum, quod (uti Illustrissima Dominatio Vestra non ignorat) expectat, ab illis partibus acceperit. De meo studio et observantia erga se resque suas nihil Illustrissima Dominatio Vestra addubitet velim, experietur siquidem Illustrissima Dominatio Vestra me, quotus ipse sum, ad omne obsequium suum paratissimum ac sui vehementer cupidum. Et in praesenti negotio nihil sane ex me desiderari paciar, hoc solum restat, ut illinc nobis certi aliquid afferatur... Ex Opoczno, XVII die Octobris, anno MDXLVIII.

Illustrissimae Dominationis Vestrae

a) servitor

Ioannes Comes in Tarnow subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

1) Maximilianus a Büren.

N. 1124.

Petricoviae, 20.X.1548.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R. P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
negotium ducis, sibi commendatum, doctori Martino Cromero commissum  
esse nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

Illustrissime Princeps etc.

De quibus ad me scribit Illustritas Vestra, ea teneo memoria fueruntque mihi et sunt maxime curae. Datum est negotium Doctori Cromero, ut omni studio conetur eius generis litteras impetrare, quo quilibet Illustritati Vestrae licere posset. Quum<sup>2)</sup> etiam hic esset Nuntius Apostolicus<sup>1)</sup> Sandomiriae, egi ego nomine Maiestatis Regiae hac ipsa de re cum eo diligenter, idque in praesentia Maiestatis eius, nihil ut sit praetermissum, quod ad hoc Illustritatis Vestrae negotium curandum pertinere videretur. Caeterum quid profectum sit, nondum scimus. Speramus intra mensem unum venturum huc Doctorem Cromerum. Simul



ut autem venerit is, aut aliquid his de rebus scripserit, fatiam Illustritatem Vestram primo quoque tempore certiore.

A Caesarea quoque Maiestate prorsus nihil est ex eo tempore huc allatum. Itaque nec de Duce Bavariae,<sup>2)</sup> nec de aliis rebus quidquam scimus. Venturum se promiserat Lesniowski celeriter. Is ubi venerit, quomodo se res habeat, ex eo cognoscemus. Quicquid autem me scire contigerit, non ignorabit Illustritas Vestra, Atque omnia faciam, ut meam fidem sibi et obsequendi voluntatem minime defuisse intelligat... Datum in Piotrkow, XX mensis Octobris, anno Domini MDXLVIII.

a) Vestre Illustrissime Dominationis  
servus et capellanus  
Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni  
Polonie Cancellarius subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Hieronimus Martinengo.*

2) *Albertus V.*

N. 1125.

*Petricoviae, 6.XI.1548.\*)*

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*ducem ad Comitata Regni generalia vocatum non iri nuntiat; refert argumenta, quae in Comitibus tractari debent: de unione cum Regno Lithuaniae, Prussiae, Ducatum Oświęcimensis et Zatoriensis, de dote reginae [Bonae] supra Ducatu Masoviae, de teloneo novo etc.; scribit aliqua nova ex Germania, Italia, Hungaria; de interrogationibus nuntiorum terrestrium ad statum regalem reginae novae [Barbarae Radziwiłł] spectantibus etc.*

*Sigill. Autogr.*

*(Cum schedula)*

*H B A, B 2, K. 376.*

... Illustrissime Princeps.

Quod postremis litteris meis, hoc idem et nunc sencio, quod videlicet Illustrissima Dominatio Vestra huc non vocabitur. Pretexunt quidam causas, difficultatem hospicioium et ceteras nugas, sed credibile est intricata Regni et Regiae Maiestatis negocia, factionum turbis infecta, potius in causa esse. Ego, cum de vocacione Illustrissimae Vestrae Dominationis paulo oculcius sciscitassem et quedam eciam locutus essem, nihil preter coniecturas retuli. A parte tandem (ne rebus Illustrissimae Vestrae Dominationis deessem) egi cum Regia Maiestate. Responsum habui: Non video, inquit Sua Maiestas, cur huc vocari debeat, et presertim cum de negociis per Marchionem Albertum susceptis nihil certi habeatur. Immo eciam si haberetur, certe hic locus ad hoc non est commodus. Respondi ego (ut ceteras causas taceam) ad confirmandum et acceptandum ius feudi opus esse presencia Illustrissimae Vestrae Dominationis. Hoc, inquit Sua Maiestas, mihi magis urgendum esset, sed non est pregnans negocium. Heri autem (ne quid intentatum relinquerem), qua-

si nihil sciens, interrogavi Dominum Castellenum Cracoviensem,<sup>1)</sup> sciretne quidpiam de vocacione Illustrissimae Vestrae Dominacionis. Respondit non videre se causas vocandi. Cumque ego mencionem feudi fecissem, ho, inquit, bene fecisti mencionem, per Deum ego recordabar. Mox itaque Regem accessit. Sed itidem illi responsum est. Ex hoc potest Illustrissima Vestra Dominacio iudicare hec negocia.

Heri tribuni plebis sive nuncii, ut vocant, terrarum, impetrato sibi cum omnibus Regni Senatoribus absque Regia Maiestate libero colloquio, inter cetera mencionem Regine nove fecerunt rogantes, ut turpitudinem caveatur. Hodie respondebitur. Capitaliores autem articuli, qui difficultatem pariunt, inter ceteros sunt hii: Unio Littwanie, Prussie, Oszwyczim et Zator Ducatum cum Regno; dos Reginalis Maiestatis supra Mazovia; theloneum novum; legum sive statutorum quorundam differentia. Item eundem Regni Cancellarium et Episcopum Cracoviensem,<sup>2)</sup> esse contra legem scriptam. Item de capitaneatu Sandomirie Domini Castellani Cracoviensis quiddam simile. Item Regiam Maiestatem hiis 6 mensibus plura donasse adulatoribus (eciam de fundo), quam alioquin in decem annis bene meritis, et nescio que multa alia.

Hoc totum vel hec omnia respiciunt bellum sive mocionem generalem bellicam, ex cuius occasione tales assertores libertatis credunt se fructum percipere posse. Et interim Regem, satis alioquin turbatum, animi passionibus affligunt. Qui hactenus omnia silencio absolvit. Cetera cum tempore.

Externa etsi Illustrissimae Vestrae Dominacioni magis cognita credo, tamen ea, que nunc feruntur, scribam. Rex Galliae,<sup>3)</sup> habens instructam prodicionem vel saltem excitacionem sedicionis Mediolani, proffectus eo versus Taurinum usque, ex ea spe occasionem sequuturus, sed frustratus est. Interim autem in parte Regni sui inferioris Galliae, sive septemtrionalis, quedam turbae, deffectionem spirantes, Caesarem ex Augusta Bruxellas festinare alliciunt, volentem scilicet Regem Galliae, amicum suum, iuvare. Quo tandem evasit, nescio. Heri Regiae Maiestati scripta vidi, quibus inter cetera affirmatur Ducem Ioannem Fridericum in nova arce Gandensi, et Lanthgravium<sup>4)</sup> in alia, cuius nomen mihi excidit, captivitatem fortasse non nisi cum vita finituros.

Item quod paulo ante (ex incerto rumore) auditum erat, nunc nescio quam certo innovatur et affirmatur Regem Galliae, Venetos et Papam<sup>5)</sup> firmissime conspirasse, quilibet extrema potius subiturus, quam ut eiusmodi pactum desereret. Sed mihi de hac re non constat, preter nuda verba.

Item Regina Hungariae Isabella extrema sollicitudine urget, ut ex Ungaria in Poloniam reducatur. Sed hactenus non est constitutum, vel ad minus dilatatum est negocium veteri<sup>a)</sup> mencione Ducis Bavariae, Episcopi Salczburgensis...<sup>6)</sup>

Servitor Stanislaus Boianowski

a) *super lineam.*

1) *Ioannes Tarnowski.*

2) *Samuel Maciejowski.*

3) *Henricus II.*

4) *Philippus.*

5) *Paulus III*

6) *Ernestus.*

\*) *Datum ex "in dorso".*

*Schedula adiuncta:*

De Regina nova tribuni plebis in hunc sensum locuti sunt ad Senatores: se pro certo audivisse ductam esse in uxorem subditam Regiae Maiestatis, vobis, inquirunt, et nobis similem. Nunc nobis regia dignitate preferri. Quod est aperte contra generale Regni statutum, quo cautum, ut nemo in Polonia, excepto qui Rex electus fuerit, fiat alterius conditionis quam nobilis. Nec potest quisquam nasci nisi nobilis, in Polonia ducatus, comitatus et id genus condiciones, ob magnam quondam frequentiam, sunt simul omnes abrogati. Nemo Polonus itaque potest esse nisi simpliciter nobilis.

Item interrogarunt, quisnam Senatorum fuerit presens, aut quis consenserit in huiusmodi turpitudinem etc.

Item ex Hungaria, Rex Ferdinandus armata Comicia celebrat Pre-spurgi. Missus est ibi Nunccius a Rege nostro. Item nova quedam et gravis exactio in ditionibus Regis prefati facta.

N. 1126.

*Petricoviae, 21.XI.1548.*

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*refert de Comitibus Regni generalibus, in quibus, sepositis aliis omnibus, nonnisi de matrimonio regis [cum Barbara Radziwiłł] tractatum erat; scribit aliqua nova ex Hungaria, Germania et Roma.*

*Sigill. Autogr.*

*(Schedula adiuncta)*

*H B A, B 2, K.376.*

.....

Non est quod aliud nunc scribam, Illustrissime Princeps, quam de Comiciis nostris, in quibus hos 20 et aliquot dies magno serio desudatum est, tantum supra matrimonio regio, et nihil prorsus effectum. Sunt enim ingenia quorundam Senatorum tam callida et impudencia, ut illud idem in Senatu damnare et vituperare, quod privatim seu in conclavi promovere, non dubitent. Petitum fuit per tribunos provinciarum, ut coram Regia Maiestate, ipsis presentibus, omnes Senatores sententias suas de suprascripto negotio dicerent, ut videlicet scire et comuni in toto Regno nobilitati dicere possent, quinam Senatores dignitatem Regni et Regis ac omnium incolarum promoveant, qui contra. Quod ita directe non impetrarunt. Fuit tamen Regia Maiestas magno serio admonita, ut a tali matrimonio abstineret, idque aliquocies. Et<sup>a)</sup> fuerunt Senatores per tribunos admoniti omnes in genere, ut officio et iuramento suo satisfacerent et, inter cetera, ut recordentur esse in Regno antiquitus observatum non id, quod Rex vellet, sed quod totus Senatus et alii Ordines Regni aprobent, hoc addito se quosdam Senatores ex nomine nominare velle, quos sciunt mala et perniciosia consilia alere, nisi cognoverint illos in melius mutaturos esse sententiam, et postea, quod quidem nollent, infectis rebus omnibus abire fratribusque suis, a quibus sunt missi, deferre.

Cumque ita tribuni plebis et motu proprio et quorundam Senatorum, qui melius volunt, instinctu hoc urgerent, ut omnium sententias audi-

rent, credentes nullum tam impudentem futurum, qui in luce tenebras laudaret, coegerunt omnes in arctum, ita quod unanimi consensu Senatores et Nuncii Domino Castellano Posnaniensi<sup>1)</sup> commiserunt, ut apud Regiam Maiestatem omnes pulsaret status diceretque omnes unanimiter sentire et suadere, ut talem uxorem dimittat. Nec audent promotores turpitudinis hactenus aperte dissentire. Cras itaque aut perendie Dominus Posnaniensis rem magno serio agredietur.

Sed, si prophetizare liceret, praedicerem, quod nihil persuadebunt omnes, eciam si nunc extrema omnia essent subeunda. Quam quidem duriciem omnes timemus. Nuncii enim nequaquam concedere volunt tantam turpitudinem, tamen nescio, an paulo post non sint miciores futuri. Quamquam autem male actum putabimus, si pro Rege hec controversia cedat, sed vereor, ne fiat peius, si Nuncii et quidam Senatores (inter quos et Primas Regni, Archiepiscopus Gneznensis,<sup>2)</sup> numeratur), infectis omnibus Regni negociis, discedant, et Regia Maiestas cum reliqua parte, videlicet inferiore, omnia Regni officia, acceptata ab illis regnandi confirmatione, exerceat. Que quidem duo utraque pars inter spem et metum posita habet. Et revera nihil horum esset sine periculo illoque magno. Nam si, quod absit, hostis quispiam bellum inferat, vel si eciam parva manu Regnum invadat, frustra esset aliam rationem defensionis querere, quam bellicam mocionem generalem. Nam erarium per istos honestos consultores prostratum est oleumque et opera periit (si quidem illi nunc plus obsunt, ad quos corrumpendos peccunia evanuit). Et contribucionis publice nulla spes est, postquam omnes tam acerbe sunt irritati.

Bellum autem generale isti consultores Regi nunquam movere suadebunt. Posset itaque hostis omnia impune facere. Si vero bellum moveretur, certum esset primum impetum in suos futurum, eciam si hostes essent in oculis. Sed absint mala omina. Loquamur de pace, quidnam boni in ea speretur. Omnes durissime controversie excitabuntur, quecunque Regi nomine Reipublice intentari possunt, sudandumque erit diu aut succumbendum. Contra vero nulla consilia pro Rege faciencia admittentur. Horum omnium remedium est unicum, ut se Regia Maiestas isto odio et invidia simul et semel liberet. Tunc omnia laeta et foelicia, Deo propicio, sperare liceret. Ja, wen das winschen gelden wulth. Horum omnium tempus adferet exitum. ... Petrikoviae, 21 Novembris, 1548.

#### *Schedula adiuncta:*

Externa hic pauca audiuntur. Nam et Legati externi nulli, quod fere inauditum est nostris. Ab aula Regis Romanorum scribitur Domino Castellano Cracoviensi,<sup>3)</sup> illi Regi omnia bene in hoc Conventu Hungarico cessisse tractataque esse more Bohemico.

Preterea Constanciam, nescio qua via, captam sive deditam venisse in potestatem Regis praefati. Facta est (scribit) ex urbe Imperii Domus Austriace hereditaria.

E Roma quoque nescio quid boni promittere videntur. Sed ego sum certus post tergum aliud esse futurum. Nam nostri druides semper aliud simulant, aliud agunt. Quod est dolus malus, ut vocat Cicero.

a) *supra lineam.*

1) *Andreas a Gôrka.*

2) *Nicolaus Dzierzgowski.*

3) *Ioannes Tarnowski.*

N. 1127.

Turobin, 23.XI.1548.

*Procopius Sieniawski, dapifer Leopoliensis, Alberto in Prussia duci paratissima officia sua offert; reliqua ex Ioanne Policki ducem intellecturum esse nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1128.

Petricoviae, 29.XI.1548.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius, Alberto in Prussia duci de sermone, quem nomine totius Senatus, in causa matrimonii regis [cum Barbara Radziwiłł], castellanus Posnaniensis [Andreas a Górká] coram rege habuit; de disputationibus inter senatores et nuntios terrestres in eadem causa factis; de discusso matrimonio ducis cum sorore regis; de falsis amicis.*

*Sigill.*

*Annexum: Oratio Andreae a Górká, nomine ordinum Regni habita, qua regem obsecrat, ut a matrimonio [cum Barbara Radziwiłł] recedat. Textum polonicum eiusdem orationis, polonice in Comitibus habitae, cfr. in: Dyariusze Sejmów Koronnych 1548, 1553 i 1570, ed. J. Szujski, Scriptores rerum polonicarum I, Cracoviae 1872, p. 217 sq.)*

*H B A, B 2, K.376.*

...Illustrissime Princeps.

Video multos multa Illustrissimae Vestrae Dominacioni scribere, ita ut subdubitem, sit-ne officii aut importunitatis nunc ad Illustrissimam Vestram Dominacionem litteras dare. Sed affectus et debitum meum maius est, quam illud dubium.

Primum omnium mitto Illustrissimae Vestrae Dominacioni id, quod Dominus Posnaniensis nomine totius Senatus Regiae Maiestati locutus est. Ex quo Illustrissima Dominacio Vestra cognoscere poterit, satisve serio et magnanimiter egerint Poloni pro dignitate Regis et sua. Ignoscet autem Vestra Illustrissima Dominacio, quod ita mendosum miserim. Non enim tantum temporis supererat, ut purius scribi curassem, correxi tamen, ut festinans potui.

In crastino autem istius sermonis, qui fuit, ut puto, 23 Novembris, Regia Maiestas mittissime per Episcopum Cracoviensem<sup>1)</sup> respondit se contra Deum et conscienciam suam id facere nequaquam posse, civitatis aliquot locis ex Paulo. Finito autem sermone Episcopi, Regia Maiestas coram omnibus aperto capite assurrexit rogans, ut hoc, quod aliter fieri non potest, boni consulant et in meliorem partem accipiant. Posthac egressi Nunccii ad consultationem reversique interrogabant Senatores (absente Rege), an sint contenti responso regio et an sentirent autoritati eorum senatoriae hoc pacto satisfactum esse.

Responderunt Senatores per Episcopum<sup>1)</sup> quosdam esse contentos, quosdam non. Responderunt nudius quartus, ni fallor, se dolere et mirari, quod et a Regia Maiestate tale responsum et ab illis tantam discordiam post nuperrimum unanimen consensum audirent, dicentes se oportere discedere, nec velle tantum errorem et iniuriam libertatis publicae sua presencia confirmare. Semper enim et in omni casu Reipublicae hoc idem fieri posset. Rex, deposito pileo, diceret: Non possum facere id, quod omnes Regni Ordines suadent, et Senatores: Non sumus concordēs. Ergo vos vestris legibus et rationibus cedite. Admonueruntque iterum Senatores sui officii, ut stent in proposito constanter sintque concordēs.

Heri autem Senatores responderunt se ita quidem concordēs esse, quod omnibus responsum regium non placeat, nec est satisfactum autoritati senatoriae, tamen quod iam ulterius non possunt. Suaserunt Nunciis, ut simul cum illis consultarentur et querant huic malo aliqua media. Nuncii male contenti dicunt se non audere ad suos reverti, si (quibuscunque mediis) in hoc matrimonium consenserint. Hodie iterum dixerunt se nulla videre media abireque oportere. Sed ne<sup>a)</sup> precipitanter et cum impetu egisse dicantur, iterum rogarunt et admonuerunt Senatores, ut et inter se et cum ipsis bene conveniant et hoc malum amoveant. Senatores vero ad crastinum receperunt, offerentes illis sub obscuro has condiciones sive media: Non coronetur nec habeat dotem in Regno, nec maneat Cracoviae, nec illi honor reginalis deferatur; nec sit heres, si nascatur filius ex ea. Responderunt se nolle habere Regem scortatorem, sed qui ex legitimo regali toro heredes relinquere possit.

Sed oblitus sum hoc. Ante 9 circiter dies Episcopus dicebat inter cetera: Quod aliqui vestrum dicebant nullam spem prolis in ista femina esse, non credatis (inquit), dice enim bene possibile. Ecce videtis Oczyeski, Curiae Magistrum Reginae Bonae. Intelligens is viduam cum priore marito sterilem, ducens fecit ecce fecundam procreavitque ex ea filium. Ad hoc responderunt Nuncii non esse in questione, an sit sterilis necne. Nam etsi prolem haberet, credite nobis, Domine Episcope, quod nihilo charior futura sit nobis<sup>a)</sup> proles sua matre.

Sed redeo ad media sive condiciones oblatas, que istis offerentibus essent admodum amara et intolerabilia, si illos bene sperare non faceret medicus ille cognomine tempus et nutrix astucia cum filio dolo.

Porro, relictis publicis, ad privata, non admodum eciam iucunda, veniam. Quod nudius tercius in Senatu fuit, hoc ego Illustrissimae Vestrae Dominacioni Cracoviae dixi, vel potius praedixi, non visa urina Episcopi Cracoviensis. Nemp̄e quod illi, per medium Papae,<sup>2)</sup> ludere debebant in causa Illustrissimae Vestrae Dominacionis. Quid erat opus vel quid ad rem, in publico Senatu, iubere relacionem facere legacionis Papae, cum ipse solus fuerit author istius legacionis eamque, preter scitum omnium aliorum, Regi persuasit et introduxit, ut sua negocia interim, non solum sine sumtu, sed eciam cum lucro, perficeret. Mirabanturque omnes, cum diceret: Sanctitas papalis nequaquam vult permittere, ut Princeps hereticus ducat filiam et sororem Regis Poloniae. Quamquam autem hoc nihil Illustrissimae Vestrae Dominacioni noceat, tamen sceleratus et dolo plenus animus est contemplandus, cur non eodem modo (scilicet privatim), quo legacionem instituerunt (fumo leviozem), responsum audissent.

Sed hoc nihil est, quot<sup>2)</sup> fecit. Illud, illud est, quod omnem pacientiam superat, quod isti fidelissimi et amicissimi promotores et patroni

causae videri volunt tum, cum perversissime et scelleratissime (quot nullus hostis faceret) egerint. O mores, o Reges, o Senatores! Sed qui asinum coronaverit, poterit Regem ridere, quandolibet. Sed bene est, dant bona verba denuo et interim dicunt Illustrissimum Dominum Marchionem Albertum iuniorem, postquam egressus est Polonia, Caesarem non vidisse. Hec omnia et his similia, quamquam sim certus Illustrissimam Vestram Dominacionem longe exactius intelligere et cavere, tamen continere non potui, quin hanc querimoniam in sinum Vestrae Illustrissimae Dominacionis effunderem. Neminem enim habeo, cui hunc morbum mittigandum crederem, preter Illustrissimam Vestram Dominacionem. Que foelicissime valeat. 29 Novembris.

Servitor Stanislaus Boianowski.

a) *supra lineam.*

1) *Samuel Maciejowski.*

z) *sic in ms.*

2) *Paulus III.*

*Annexum: Oratio Andreae a Górká in causa matrimonii Sigismundi Augusti cum Barbara Radziwiłł, 22. XI.1548.*

Oratio Domini Castellani Posnaniensis nomine omnium Ordinum Regni Poloniae ad Sigismundum Augustum Regem suum habita 1548.

Non tot dotes Domini beneficio mihi obtigerunt, ut provinciae demandate par esse queam. Negocii enim magnitudo ingenii mei vires exuperat. Tamen Reipublicae obtemperandum est, cui non modo linguam<sup>a)</sup> libenter impendere, verum etiam sanguinem, ubi id res exegisset, nunquam dubitarem pro ea profundere. Neque huic frequentissimo et amplissimo Senatui operam meam substrahendam putavi. Ac primum Deum, aeternum Patrem Domini et Liberatoris nostri Iesu Christi, precibus compellandum duxi, ut imbecilitatem meam sustentet, illud, quod deest, ille supleat ac sarciat verbaque mea ita moderetur, ut ad honorem ipsius, ad Ecclesiae ornamentum emolumentumque mihi ea eferre liceat. Tales ut vos quoque, qui in hoc frequentissimo consessu estis et qui ad audiendum introducti, vos peratentos praestetis<sup>b)</sup> atque intra cordis abditos sensus eandem precacionem reponatis, rogo. Tuam Regiam Maiestatem, Serenissime Rex, apello supplexque rogo, ut me dicentem benigne audias.

Iam (si bene memoria teneo) septimus agitur dies, qua<sup>z)</sup> asentiente Vestra Regia Maiestate, introductis in Senatum nuntiis, sententias diximus. Quas ut repetam, non arbitror esse opere pretium. Tamen ea, quae ad diem proximum lunae gesta sunt, paulo altius commemorabo. Peciit a nobis Dominus Syrakowski nomine nuntiorum, ut de matrimonio hoc sensus nostri congruerent. Qua de re cum sententias suo quisque ordine diceremus, eo omnes processimus, ut nihil variaremus, quin potius uno assensu<sup>c)</sup> matrimonium per Vestram Regiam Maiestatem initum improbaremus. Impellimurque offitio et debito, quibus Vestrae Maiestati Regiae obstricti sumus, ut tametsi hactenus nihil precibus profecerimus, tamen magis ac magis interpellaremus, petitiones ingeminaremus, quibus etiam consilia misceremus ac suaderemus, ut ad rescindendum abiiciendumque hoc matrimonium, quod neque est par, neque illam decet, animum tandem adiciat, nosque, qui in consilium Vestrae Maiestati Regiae adhibiti sumus, ea autoritate et libertate, quam apud<sup>d)</sup> maiores ipsius retinuimus,<sup>e)</sup> frui paciatur.

Atque hec una est ratio<sup>f)</sup> non postrema libertatis nostrae, ut eligendi ac renuntiandi Regis penes nos arbitrium et potestas sit. Cum vero Maie-

statem Vestram adhuc admodum puerum Regem designaverimus et creaverimus, idque singulari amore ac incredibili propensione erga eum ducti, neque ullis aliis rationibus impulsus, quandoquidem Rex nobis non nascitur, sed assensu omnium eoque liberrimo declaratur, et Vestra Regia Maiestas non per ius hereditarium, sed per suffragia nostra libera Regni gubernacula et sedem patris est adeptus, ut haberet compertissimum se liberis hominibus imperare, leges servare debere et nihil inconsulto Senatu agere, plusque eorum iudicio quam suo affectui tribuere, ac cum ad hunc modum Vestra Regia Maiestas gubernaculis Regni sit admota, ut extra hanc regulam illi evehi haud quaquam liceat, conservet eam dignitatem Senatus, quae in libera et bene morata Republica instituta est, quam eo clariorem et graviores reddet, dum consiliis nostris obsecuta fuerit. Sin minus, autoritas nostra et totus ordo senatorius nihil aliud quam pictas statuas referent hocque pacto non solum nostrae, verum etiam Vestrae Maiestatis dignitati detraheretur.

Avis <sup>e)</sup> extractis pennis <sup>h)</sup> totam volandi facultatem amittit, et membris demptis ac resectis caput minime consistere potest, nec Vestra Maiestas Regia Consiliariis remotis validum imperium habebit.<sup>1)</sup> Exterarum nationum homines multis seculis ante retroactis, dulcedine et fama libertatis nostrae illecti et permoti,<sup>2)</sup> paternis bonis venditis et patria relicta, huc se conferebant et omnia sua inferebant, non ut sterile solum gentis nostrae incolerent, sed ut iucundissimarum libertatum nostrarum participes essent. Et nunc multi sunt eodem animo praediti, qui in eisdem cogitationibus versantur magnoque desiderio libertatis nostrae tenentur. Tamen si, quod omen Deus obruat, senatoria autoritas labefactabitur, non est quod illis aut nobis deinceps spes aliqua libertatis relinquatur.

Quod si quis prodeat, qui affirmare audeat <sup>k)</sup> libertatem huiusmodi Vestrae Maiestati dedecori esse et imperio illius officere, certe maiores Vestrae Maiestatis Regiae non ducebant sibi ignominiae aut dedecori tot liberis populis imperare, quorum consiliis, opera, virtute hec Respublica florentissima ad nos transmissa est et hucusque integra et celebris floruit. Habent quidem alii Regum liberiorem imperandi facultatem et severiorem regnandi potestatem. Tamen eorum imperia infesti casus exceperunt et illa dominandi licentia tragicos exitus illis attulit. Neque proditum <sup>l)</sup> scriptis nostrorum est ullum Regum Poloniae captum aut interfectum esse. Virtute enim et amore suorum semper servati sunt. Cumque inde satis perspicuum esse debeat sententiis et consiliis Senatorum Vestrae Maiestati Regiae standum esse, consentientibus animis et precibus omnes Vestram Maiestatem Regiam per me compellant liberoque consensu <sup>m)</sup> suadent, ut Maiestas Vestra coniugii huius vincula rumpat et illud deserat.

Nihil novi introducunt, nihil inusitatum suadent et nihil huius, quod non fuerit quoque a maioribus Vestrae Maiestatis Regiae praestitum,<sup>1)</sup> contendunt. Cazimirus Rex, avus Vestrae Maiestatis Regiae, ut uxoris suae<sup>2)</sup> formam,<sup>m)</sup> quam antea suspectam habebat, contemplaretur, priusquam Cracoviam erat introducta, remotis arbitris spectatorem oculum aliquantulum se illius forme praebebat. Cuius deformitate deterritus, sibi eam in uxorem asciscere noluit. Sed Senatorum autoritate ac consiliis persuasionibusque victus, tandem animum mutavit et potius sibi ipsi vim inferendam, quam autoritatem senatoriam infringendam putavit maluitque alieno iudicio obtemperare et suorum consilio caedere, quam cupiditati suae indulgere. Nemini est obscurum institutum Divi <sup>n)</sup> Sigismundi Regis, patris Vestrae Maiestatis recens vita functi, qui cum ad ineundum



impar matrimonium omne studium intendisset <sup>o)</sup> illudque ad finem perducere voluisset, Senatorum tamen autoritate cohibitus est ita, ut sibi ab eo temperandum et abstinendum duxerit.

Illam enim matrimonia, quae assensu et consiliis hominum coeunt, solet Deus ornare successibus et prosperis accessibus. Caessit foeliciter Cazimiro,<sup>p)</sup> qui sex filios in lucem aedidit,<sup>2)</sup> quatuor Reges,<sup>r)</sup> 3 Poloniae, quartus Hungariae,<sup>s)</sup> quintum Cardinalem et alium quandam extremum, qui celebs e vita decessit. Divo olim Sigismundo coniugium prospere cessit, qui Maiestatem Vestram (ex quo uno omnes nostrae spes pendent) in lucem aeduxit, et tanquam sui vivam imaginem nobis reliquit, quem etiam vivum contemplari videmur, cum Vestrae Maiestatis Regiae conspectu perfruimur. Non est, cur Vestra Maiestas timeat aut putet ofendi hoc facto conscientiam. Nihil enim huiusmodi in consilium adhibemus, quod iram Dei provocare posset. Reverendus Dominus Archiepiscopus Gneznensis,<sup>3)</sup> una cum aliis Episcopis, consciencyae Vestrae Maiestatis prospicient eamque pacatam et tranquillam reddent.

Porro et ea, quae prolixae a me dicuntur, Vestra Maiestas boni consulat. Virtus enim huius nominis Polonici propria, et quae est generi huic insita, nos tot verba facere coegit. Maiores enim nostri, huius Regni Senatores, intrepido animo se pro Republica opponebant etiam in iis, quae Principum menti adversari videbantur, quae etiam ipsi virtute et prudentia in moderationem redigebant. Tamen et <sup>4)</sup> dicendi libertate et audacia usi sunt, ut nihil veriti sint <sup>u)</sup> Regem iis verbis appellare. Non sic futurum est, o Rex. Nos ea verba non usurpamus, neque speramus rem huc processuram esse unquam, sed suademus, idque audacter et <sup>v)</sup> libere suademus. Maiores Maiestatis Vestrae provoluti in genua culpam apud Senatum sunt deprecati. Nos non id contendimus, ut Vestra Maiestas in genua procumbat, sed ipsi coram Vestra Regia Maiestate genua ponimus. Vidit Vestra Maiestas Regia hunc nobilissimum equitum coetum in genua procubuisse, atque talem gestum soli Deo exhibemus. Wladislaus Jagello, Vestrae Maiestatis Regiae proavus, spe sufficiendi filii sui in Regnum excitatus, in Comitibus Brzestensibus litteris publicis fidem suam omnibus ex aequo obstrinxerat non prius filium suum gubernaculis Regni admodum iri, quam legibus et libertatibus Polonorum comprobatis et firmatis animum et operam praesentem adiceret. De quo cum in Comitibus Lanciensibus,<sup>2)</sup> si bene memini (non usque enim <sup>w)</sup> adeo memoria excello) esset admonitus, illud, quod facturus se receperat, facere detrectabat.

Quae res adeo movit Senatum, ut litteras illas (quarum observandarum Sbigneo<sup>4)</sup> Episcopo Cracoviensi cura demandata erat), ibidem prolatas, in conspectu Regis strictis gladiis frustatim <sup>x)</sup> disseuerit et crebris sermonibus usurpaverit frustra a Rege condi leges nec quoque litteris promulgari, si non liceat illis manere integris et incorruptis. Ad hunc modum olim Senatores munera sua obibant et fidem offitiumque, quae Reipublicae impendenda esse sciebant, clementiae Regis anteferebant seque, cum promissis non staret et ad libertates conservandas adduci nollet, ex Senatu subducebant, neque cum eo considerare aut ulla deliberatione <sup>y)</sup> suscipere volebant. Unde postea Regem facti penituit. Monitus <sup>aa)</sup> enim <sup>ab)</sup> officii sui, se passus est cogi. Nos etsi eodem animo praediti sumus et audeamus nos pro libertate et Republica opponere, tamen litteras Vestrae Maiestatis <sup>ac)</sup> neque repudiamus, neque contemnimus, neque discerpimus, sed illas (post verbum Dei) <sup>ad)</sup> inter praecipua dona numeramus. Quarum executionem cum tantopere flagitamus et exi-

gimus, ne Vestra Maiestas Regia aegro animo ferat, rogamus nomine Consiliarios, et id quidem vere, sumus etenim ac reverenter <sup>z)</sup> Vestram Maiestatem Regiam compellamus.

Ac cum id sit muneris nostri tantaque senatorii ordinis dignitas emineat et autoritas, rogo, ut consiliis nostris obtemperet. Cum autem nihil precibus tribuerit, iamque perficiat, ut citra ulla procrastinationes vota et consilia nostra iam tandem fine optato potiantur, vincat Vestra Maiestas Regia animum, frenet ac domet affectus, edat specimina veri christiani et magnanimi Regis. Hodierna die praeclearam spem sui nobis relinquat, quae in posterum iucundo desiderio nos detineat et alat, hodierna die se talem praestet, qualem posteritas perpetuis laudibus vehat ac celebret, immortalitatem gratamque sui memoriam maiorem Regno ducat. Et quod si Vestra Maiestas fecerit, arctissimo fidei et omnis generis studiorum vinculo nos sibi in perpetuum devinciet.<sup>ae)</sup> Quoniam vero ab invocatione auxilii divini exorsi sumus, ut in eadem desinam necesse est, ac ab omnibus magnopere iterum peto, ad implorandam Dei gratiam ardentia vota adferant, ut illa efficacius quam verba nostra se exerat. Quod ut bene foeliciterque eveniat, peto, ut omnes consentientibus vocibus ex intimo pectore depromant. Amen.

- |   |  |
|---|--|
| a) sequitur expunctum: nunquam  | o) sequitur verbum expunctum.  |
| b) sequitur expunctum: declaretis   | p) sequitur verbum expunctum.  |
| c) in ms. asenssu   | r)-s) in margine.  |
| d) apud supra lineam.   | t) superscriptum pro: enim expuncto.   |
| e) correctum ex: detinuius  | u) verba correcta.   |
| f) ratio subscriptum pro verbo contracto indistincte scripto.   | v) sequitur expunctum: libenter  |
| g) sequitur expunctum: pennis   | w) superscriptum pro expuncto: enim  |
| h) pennis supra lineam.   | x) correctum ex: frustatim   |
| i) verba: validum Imperium habebit in margine.  | y) sequitur expunctum: facere  |
| j) in ms. potius permonti, in margine supra alia manu: Oratio Domini Castellani Posnaniensis nomine omnium Ordinum Regni Poloniae ad Sigismundum Augustum Regem suum 22 Novembris 1548 Petrikovie habita. | z) sic in ms.  |
| k) correctum ex: audeant  | aa) correctum ex: munus  |
| l) verbum correctum.  | ab) sequitur expunctum: suum   |
| m) superscriptum pro aliquo verbo expuncto.   | ac) Vestrae Maiestatis superscriptum pro 4 verbis expunctis.   |
| n) sequuntur verba expuncta: et Serenissimi   | ad) superscriptum pro 2 verbis expunctis.  |
| 1) Elisabeth Austriaca.   | ae) verbum correctum.  |
|   | 2) Vladislaus Hungariae et Bohemiae rex, s. Casimirus, Ioannes Albertus, Alexander et Sigismundus I, Poloniae reges, Fridericus, card. |
|   | 3) Nicolaus Dzierzgowski.  |
|   | 4) Oleśnicki.  |

N. 1129.

Petricoviae, 29.XI.1548.

Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R. P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
omnia negotia et difficultates ducis bene componi posse censet, si dux  
ad auctoritatem pontificis Romani redire voluerit.

Sigill.

H B A, B 2, K.376.

Illustrissime Princeps etc.

Scripseram Illustritati Vestrae ex iis Domini Doctoris Cromeri verbis, quod plus fuisse difficultatis in Illustritatis Vestrae causa scripserat, me spei nonnihil concepisse. Caeterum quid in ea causa sperandum

sit, ex litteris Regiae Maiestatis, quas ipse Dominus Doctor Cromerus manu sua scripsit, uberius cognoscet. In eo esse videntur omnia, si ad auctoritatem Sedis Apostolicae Illustritas Vestra redire voluerit. Tum illi expedita fore omnia puto. Fuerunt autem terrae Prussiae non alii quam Summo Pontifici semper subiectae. Neque iuris ad eas quisquam aut Imperium habebat, aut Imperator. Facilis itaque futura esset de illis transactio, citra sumptum etiam ullum, si ad Pontificis auctoritatem Illustritas Vestra redire non gravatur. Neque alia ratione citius quae terris illis imminet pericula, sedari possent.

Quod rituum diversitatem attinet, fortasse effici posset et illud, ut tolerarentur nonnulla usque ad Concilii Oecumenici decisionem. Esset autem praeclarum et vehementer optandum, si nostris temporibus unum pastorem et unum ovile videre liceret. Quod Christus solus, ille bonus pastor, pro sua misericordia nobis concedere dignetur, qui non alia de causa pro nobis mori dignatus est, quam ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum... Datum Piotrcoviae, XXIX Novembris, anno Domini MDXLVIII.

a) Vestre Illustrissime Dominationis  
servitor et capellanus

Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniae  
Cancellarius subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

N. 1130.

Lomża, 29.XI.1548.

*Ioannes Wojstlawski, canonicus Plocensis et Varsaviensis, notarius ter-  
restris Lomzensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*pro favore aliquo gratias agit, et quattuor canes venaticos dono mittit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1131.

Petricoviae, 8.XII.1548

*Petrus Kmita, palatinus Cracoviensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*Theophilum Michorowski, familiarem suum, commendat, ut ei dux liberam  
piscandi facultatem in lacu Dzierzgoń (in ms. Zorg, scil. Sorgau)  
ad tempus vitae concedat.*

*Vest. sigilli*

*H B A, B 2, K.376.*

Petricoviae, 9.XII.1548.

*Iacobus Przyłuski, palatini Cracoviensis notarius,  
Alberto in Prussia duci*

*statuta Regni duci ad videndum mittit ac se excusat, quod a munere sibi a duce iniuncto vertendi in Polonicum idioma Novi Testamenti paulisper abstinere debeat; in annexa schedula refert de dolore senatorum et nobilitatis ob regis matrimonium [cum Barbara Radziwiłł], quod perfectum infectum esse non potest.*

*(Schedula adiuncta)*

*Vest. sigilli*

*H B A, B 2, K.376.*

*Illustrissime Princeps, etc.*

Mea singularis erga Vestram Illustritatem observantia cogit me, ut nullam occasionem elabi patiar, per quam Vestrae Illustritati servire et officia, quae illi debeo, testari queam. Cum itaque Sacrae Maiestati Regiae Regnique Senatoribus ac equestris ordinis Nuncciis hic statuta Regni methodice titulis tenus digesta ad iudicandum obtulerim, iustum fore putavi, ut eadem Vestrae quoque Illustritati, Principi ac Domino mihi clementissimo, mitterem ad videndum, existimans Vestram Illustritatem eadem benignitate illa esse accepturam, qua scripta Cracoviae nuper excipere dignata est. Et scio equidem, Illustrissime Princeps, statuta Polonica Vestrae Illustritati inutilia, perindeque minime necessaria esse ob idque illa ab ea negligi posse vel ab hoc, quod solum titulos ipsorum statutorum hic congressi. Nihilominus malui qualicumque officio quam negligentia in Vestram Illustritatem peccare, praesertim quod nolui aliam causam, praeter hunc libellum, ad excusandum me proferre, quominus interea Novo Testamento ad extremum in Polonicum idioma convertendo dem operam. Dabit igitur Vestra Illustritas veniam, quod ab opere mihi ab Illustritate Vestra praecipue iniuncto hactenus fere abstinerim. Abstineboque paulisper, quoad ipsa statuta iam ad plenum typis, Deo volente, Regia Maiestate vero iubente, dedero in lucem. Putavi enim in civilibus legibus meam fidem nostris Polonis declarandum<sup>2)</sup> esse, priusquam Evangelio Christi, iussu Vestrae Illustritatis, auspicio autem Iesu Christi, in illorum quoque usum edendo accingamur... Datum Petricoviae, IX Decembris, anno Domini MDXLVIII.

<sup>a)</sup> Eiusdem Vestrae Illustrissimae Celsitudinis  
servitor ac mancipium fidele  
Iacobus Prilusius, Illustris Domini Palatini  
Cracoviensis Notarius.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

*Schedula adiuncta:*

Cum potior pars Senatus, simulque nobilitatis Nuncii, iam ter aut eo amplius a Regia Maiestate magno cum dolore renunciatum esse audierunt, quod regium matrimonium perfectum infectum esse non potest, contendunt precibus, ut omnes reliquae Comitiorum causae ad Comitiam,

omnibus Regni Ducatibus communia, Lublini aut Parczoviae futura, reiciantur. Regia vero Maiestas et iura interea confirmare et lites iudicare Regni que habenas sumere cupit, ne mora aliquid periculi Regno aliunde adferat et incolae Regni, spe futurorum suspensi, tumultuentur ac novationibus studeant. Quominus autem Comitia, quae petuntur, indicat, non refragatur. Brevi tamen planum erit, quo tanti motus inclinabunt.

N. 1133.

*Petricoviae, 10.XII.1548.*

*Andreas a Gôrka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci*

*Theophilum Michorowski (in ms. Theophilum Schmucz de Michorowa)  
commendat, ut ei dux piscandi in lacu Dzierzgoń (in ms. Sorgen)  
facultatem ad vitae suae tempus concedat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1134.

*Petricoviae, 19.XII.1548.*

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*prolixa relatio de animis nuntiorum terrestrium et senatorum in negotio  
matrimonii regis; de nuntiorum et senatorum postulatione, ut rex  
confirmet prius privilegia et libertates eorum; de oratoribus ad  
exterarum regiones mittendis; de prospectato matrimonio ducis cum soro-  
re regis; de cardinalatu episcopi Cracoviensis.*

*(Schedula adiuncta)*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.376.*

*Praecor Illustrissimae Vestrae Dominacioni omnia foelicissima.*

*Deus fecit hominem rectum, ille autem immiscuit se immensis questionibus. Hoc vere dictum nunc eciam in nobis Polonis apparet, qui ex certis et tranquillibus rebus incerta, turbata et periculosa facimus omnia.*

*Postremis litteris meis faciem nostrorum negociorum, qualis tum videbatur, Illustrissimae Vestrae Dominacioni descripsi. Quae quidem in utramque partem diu vacillans, nunc in sinistram inclinasse maluit. Quamquam autem per postremum nuncium omnia haec Illustrissimae Vestrae Dominacioni ab Assuero Brant sufficienter descripta esse credo, cum et ipse sit diligentissimus, et ego omnia, quae ad rem pertinere videbantur, illi sedulo aperui, nam eo die Dominum Castellatum Cracovien-*

sem<sup>1)</sup> de infrascripto negotio ita observavi, ut scribere non possem, tamen nunc quoque ea summatus repetam et, que subsequuta sunt, addam.

Iam novit Illustrissima Vestra Dominacio, quantis conatibus ab initio hoc matrimonium regium impugnatum fuerit, et quod promotores quoque ad illud vituperandum miris rationibus sunt adacti, ita ut Regia Maiestas coram omnibus Regni Statibus aperto capite assurgere et, ut boni consulant, rogare non dubitaverit,<sup>2)</sup> promittens in omnibus aliis se omnia facere velle.<sup>3)</sup> Quod etsi Ordines non acceptassent, preter quosdam promotores, nam Nunccii terrarum dicebant se non posse contra voluntatem communis nobilitatis Regni, a qua sunt missi, quidquam facere, nec satis esse Regem aperto capite assurrexisse, cum nihil praecipus et consiliis suorum omnium concesserit, malum hoc pro aliis negociis exemplum appellantes, tamen posthac, tranquillitatis publicae causa, dixerunt se ad suos fratres hanc matrimonii questionem refferre velle suo tempore. Nunc velle videre, ut Regia Maiestas omnia Regni negocia confirmet et perfecte exequatur, prout se fidemque suam regiam litteris et sigillo suo obligavit, tali condicione, quod nullam obedienciam illorum nec ullam regalem iurisdictionem in illos habere debeat, donec satisfiat obligacioni.

Hic iterum sudatum est utrinque. Isti, et presertim duo in catalogo primi, astuciis et dilacionibus, illi vero media via publica, ut videlicet regalis iurisdicio non fundetur, nisi peracta omnium rerum execucione. Mox cum animadvertissent Nunccii, quod isti omnia vellent eludere, adorarunt valedictionem, volentes hec omnia suis principalibus refferre et una cum illis curare velle, ne Regnum aliquot detrimentum paciatur in tali rerum ac inconvenienciarum practicarum motu. Cum hec ita fiunt, Regia Maiestas, convocatis Senatoribus et Nuncciis, in medio Senatu volutit per Cancellarium Regni,<sup>2)</sup> litteras sub titulo et sigillo Suae Maiestatis maiore, quibus confirmat omnes leges, privilegia ac libertates publicas et privatas tocius Regni, cum tali prefacione, quod Sua Maiestas, nolens diucius in illa sua tam stricta obligacione et obstrictione herere, eique satisfaciens, hoc generale privilegium omnium omnibus Statibus offert. Nec vult hic amplius pictus Rex aut quinta in curru rota videri.

Sunt deinde altero die enumerati aliquot articuli de mittendis Legatis ad Romanorum et Turcarum Imperatores<sup>3)</sup> et alios magnos Principes, de foederibus cum Moszko,<sup>4)</sup> de condicione Reginae Hungariae Isabellae, de finibus Regni muniendis, de limitibus inter Regnum et varia dominia etc. De hiis ut in medium consulant illasque nugas missas faciant, et quod iam Sua Maiestas vult iudicia et alia regia officia exercere. Sed isti articuli fuerunt enumerati in ocluso Senatu. Ad Nunccios vero miserunt, ut ad ulteriora procedant. Regem suo officio perfungi velle. Nunccii, postquam Regiam Maiestatem et seorsum Senatores admonuissent, ne tam magna et ardua Regni negocia pretereant, nec iudicia ad fundandam iurisdictionem prepostero ordine exercent, nec quidquam profecissent, tandem 11 huius in hec verba valedixerunt, que Illustrissimae Vestrae Dominacioni Polonice mitto.\*<sup>5)</sup> Tempus enim non fert Latina facere, nec dubito, quod Illustrissima Vestra Dominacio habebit qui vertat bene et emphasim phrasid Polonicae servet. Sunt enim aliquod arguti, immo acuti

et minaces aculei, ex quibus Illustrissima Vestra Dominacio iudicabit, an prudenter magni Domini paucorum consiliis omnia, plurimorum vero nihil tribuant. Quos scire oportebat, quanta sit inter tranquillas et turbatas res ac inter tuta et periculosa consilia differentia.

Post talem valedictionem Nuncciorum Senatores II classis venerunt ad Regiam Maiestatem, rogantes et suadentes, ne Sua Maiestas ad paucorum quorundam consilia, contra leges Regni claras et consensum equestris ordinis, iudicia et similes publicos actus exerceat. Quod si abstinere nolit, se nolle sua presencia tales actus aprobare. Atque ita valedicto Regiae Maiestati, abiverunt, spargendo in omnes partes Regni, immo et extra, sordidum et facile tumultus exitabilem<sup>2)</sup> rumorem. Hoc isti dissimulantes, persuaserunt Regiae Maiestati, ut pro tribunali sedeat. Quod heri et hodie fuit. Quam autem diu durabit, nescimus. Iam que discrimina et calamitates ex hac discordia possunt sequi, eciam si nulli sint hostes externi, longum esset describere. Capitale tantum malum parumper attingendum est. Credere facile possumus (etsi nemo de hac re loquatur) practicas istorum eousque respicere, ut Regis in omnes et in omnia absolutam potestatem erigant, leges et libertates omnes opriment. Ob hocque Regem, se ipsos et omnes ab eis pendentibus ex tranquillo rerum omnium statu in extrema pericula coniicere non dubitant. O Senatores dignos, qui pre caeteris omnia possint!

Quasi vero non sint sexcenti modi tutiores ad abolendas cum tempore quasdam sive leges sive libertates immodicas et huic aetati incommodas, servata publica tranquillitate et sine tantis et extremis periculis, que plerumque tyrannidem sequuntur, in cuius suspicionem bonum Regem immerito inducunt. Et quasi isti alii ex 2da classe tam ardentis Reipublicae assertores semper futuri sint, ut nihil cedant temporis, nihil Regi, nihil publicae et suae privatae tranquillitati et commoditati, quibus tot et tantae cum Rege suo et potentibus itidem adversariis contenciones non possunt esse nisi molestissimae et eciam terribiles. Iam quid faceret plebs (si Rex istis eciam aliquid defferat et clementer, sicut alios, tractet), si Senatui toto<sup>2)</sup> cum Rege conveniret, conveniret et cum plebe. Sequeretur amor, qui est vera regalis et prima foelicitas, in cuius locum odium illudque magnum supposuerunt. Naturaliter iudicant omnes, iudicant, credo, per totum mundum, exceptis paucis quibusdam philozophis, summam foelicitatem esse Regem. Sed ego per Deum nostrum dico, idque bene deliberatus dico, quod aut omnino nollem Rex coronari talis, quales nunc nonnullos video, aut tercio die diadema abicerem. Quenam esset illa foelicitas, si non autoritate, sed viribus iurisdicio in suos tuenda esset. Quid minus in hostes!

Sed iam iterum oblitus sum mei, apud Illustrissimam Vestram Dominacionem, qui plus satis progressus et excandui in publicis. Nunc ad privata, si privata dicuntur Principum connubia. Ab eo tempore, quo Illustrissima Vestra Dominacio Cracovia discessit, nihil (usque ad postremas litteras meas) de causa matrimonii scripsi eo, quod per tercias personas literis agere in eo negotio, quod fidei meae tam secreta fuit creditum, non sum ausus. Nostri preterea de hac re hactenus non nisi parcissime volebant loqui. Nunc, cum paulo apercius loqui paciuntur, visum

est mihi, ut Assuerus Brant cum hoc, quod sequitur, ad Illustrissimam Vestram Dominacionem mitteret.

Cum nudius tercius et quartus cum Domino Castellano Cracoviensi quedam alia contulisset, querebam oportunam mencionem in secrecionibus negociis Illustrissimae Vestrae Dominacionis fieri. Que fuit talis: Non est hic vocatus Dux Prussiae, quod ego laudo. Nam quid hic faceret in istis erroribus nostris? Vides, quid agitur. Nonne nos nostri merito pudeat? Hic excandescens, Deus puniet hos scelestos conatus, inquit, qui probum, sanctum et innocentem Regem tot contumeliis afficere audent omniaque eius consilia bona irrita facere et perturbare. Et cum in me et alium, qui bene vult, culpam reiciunt, se innocentes pronunciant, sed videbunt. Ecce, iam valedicunt et discedunt, optime peractis negociis. Et postquam efferbuisset, inieci iterum et, quasi nescirem, interrogavi, an esset in Senatu Illustrissimae Vestrae Dominacionis matrimonii mentio habita. Non, inquit, nihil, et quid fieret ad dedecus boni Principis. Tamen scis, quidnam ista Bona nostra Regina, semivivi illius senis umbra, effecerit, que, insciis nobis omnibus, detulit arbitrio Caesaris nullam filiam suam nuptui dandam esse preter eius consensum, quod ego, pro mea observancia sive affectu, Ducem Prussiae non celavi. Cur igitur, dixi, papalis legacionis in publico Senatu relacionem fieri adornarunt? Ha, hoc nihil est. Facile hoc esset cum Papa, aut data pecunia aut alia practica. Sed qui Romanum aut Turcarum Imperatorem irritaverit nostra aetate, non dormiet secure, nisi sit ebrius. Quid ergo, inquam ego, nonne Regia Maiestas promisit Duci Prussiae sororem? Certe nescio, inquit, difficile est talem sepe transilire. Tunc nihil esset, inquam, consulcius, quam ut respondeatur in hanc vel in illam partem. Hoc, inquit, non factu facile, sed potes certum reddere Principem nos illi bene velle (Episcopum intelligens), et quod mihi tuto confidere potest. Poteris etiam significare neminem preter nos esse, qui secreciora Regni et Regis negocia peniculis norint. Sed in hoc negocio certificare non possum, nisi quod valde dubito, videns tam magnum impedimentum Caesarem, nisi forte Marchio Albertus aliquit tale, ultra spem multorum, efficiat.

Iam ut meam sententiam ex coniectura dicam, colligo illos aut pecuniam, pro Episcopi scilicet cardinalatu, cuius authorem Dominum Cracoviensem esse Episcopus dicit, venari, aut prorsus fieri nolle, si practicis eorum in Caesaris et Ferdinandi aulis obesse presenserint, aut ut Reginae Bonae omnibus practicis contraveniant. Sed hoc minus suspicor, nisi quod video in illam summo odio fremere.

Quod itaque Cracoviae dicebam, quod has duas condiciones, consensus videlicet Papae <sup>4a</sup>) et Caesaris, suspectas haberem, et censebam, ut Illustrissima Vestra Dominatio pro repulsa potius se accipere diceret, quam ut se eorum stratagematibus exponeret, hoc idem nunc quoque dico, ut Illustrissima Vestra Dominatio oportune et importune urgeat certum in hanc vel in illam partem responsum. Nisi forte practicae Illustrissimi Principis Domini Marchionis Alberti, de quorum successu mihi parum constat, aliud suadeant vel non ferant. Quamquam autem cupio hunc Principem a Vestra Illustrissima Dominacione ita amari, ut etiam practicas suorum diligenter observet, ne plus equo illis defferendo (cum satis,



credo, a iuventute adhuc sit delatum), nobis ipsis detrahimus. Piora enim sunt digniora, etsi et ego senciam pulchrum esse, ut domestici et necessarii a suis promoveantur et ornentur.

Item non est apud me dubium, quod nostri omnipotentes, et fortasse una cum capite, nescio quam sano, conabuntur vel iam conantur Illustrissimam Vestram Dominacionem ad suas toti mundo exosas practicas quovis modo pertrahere atque unum ex adiutoribus facere. At ego, si hoc taceam, quod isti Illustrissimam Vestram Dominacionem nunquam sponte, nisi ad res desperatas vocaturi sint, tamen hoc diligenter perpendendum est, quid deceat bonum virum, deinde quorsum finis respiciat. Sed non est commodum talia per litteras conferre, de quo inferius scribam.

Item ex tali colloquio occasione accepta, loquutus sum heri Regiae Maiestati in hec verba, ut urgerem negocium. Intellexi, inquam, Serenissime Rex, Illustrissimum Dominum Ducem Prussiae incipere dubitare (quamquam Maiestas Vestra ore suo promiserit sororem), quem nescio qui Senatores Maiestatis Vestrae perterrefecerunt vel admonuerunt, certificantes Maiestatem Vestram propter Caesarem hoc non esse facturam. Et quamquam ego litteras Principis habeam, ex quibus video Suam Illustrissimam Dominacionem firmissime promissioni Vestrae Maiestatis credere et illi constantissime confidere, tamen bonum esset, ut Vestra Maiestas Suam Illustrissimam Dominacionem confirmare, avidissime expectantem, et consolare dignetur sine mora. Dic mihi, si scis (inquit), qui sunt illi consilarii. Nescio, inquam. Bene, inquit, venies ad me die Iovis, quia non presidebo eo die iudiciis, et loquemur de hac re. Ibo itaque, et si quid solidi, quod difficile est ab istis omnibus, habere potero, significare non negligam.

Porro quod Illustrissima Vestra Dominacio scribit, ubi nunc Boyanowski et aliorum de religione taciturnitas, o miseri, nonne ego semper dicebam talem, qui hoc tentare velit, serio Regno exire oportere. Nunc quid fecerem aliud, quam quod rabidum canem verberare nolens, non verberarem et ille me rabido morsu morderet, siquidem Episcopus est Rex. Quorum uterque nescio quid credit, vel an quid credat.

Item dissimulabant cardinalatum, cuius gracia Cromeri legacionem instituerunt, persuadentes Regi opus esse, ut Romam mittat, scilicet suo sumptu eorum insanam ambicionem exequatur. Deinde, ut Dux Prussiae bullas solvat. Confessus est Episcopus nuper coram Palatino Cracoviensi<sup>5)</sup> impetratum esse cardinalatum, sed se inscio. Dominus, inquit, Cracoviensis et Augustanus<sup>6)</sup> Cardinalis cum aliis meis amicis in aula Imperatoris et Regis Ferdinandi hoc effecerunt (sed non addidit, quod Dominus Cracoviensis alienam peccuniam venabatur, ut sine illorum sumptu, immo cum lucro esse possit). Palatinus autem dixit: Scit-ne Vestra Dominacio prohibitum esse, ne quis in Regno Cardinalis fiat? Quid, tum postea, inquit, ibo Romam aut in aulam Regis vel Imperatoris Romanorum. Ego ubique bene habeo, credat Dominacio Vestra. Quid, hic non grata patria? Immo, inquit Palatinus, prudentis est, perturbatis ad extrema usque pericula omnibus rebus, secedere nosque, quod ipse intrivit, excedere. Ha, de his ego nescio.

Item Domino Castellano Posnaniensi,<sup>7)</sup> qui certe egregium Senatorem et cordatum in hoc toto Conventu dedit, pessime volunt. Dicunt opus esse, ut eius nimia autoritas in Polonia restringatur. Querunt itaque occasiones degradandi diligentissime. Hic Posnaniam ivit pro festis proximis, mox deinde, ut audio, ad Illustrissimum Dominum Marchionem Ioannem iturus. Quod istos urit, quamquam nihil sit nisi debitum. Sed conscius ipse sibi de se putat omnia dici.

Item de Legatis ad Cesarem disputatur et dubitatur. Dominus Laski ferventissime ambit,<sup>a)</sup> quamquam egrotus domi decumbit.<sup>b)</sup> Sed dicunt esse periculosum Dominum Posnaniensem, itidem et sumptuosum, sed odium tacent, obstare. Dominum Palatinum Marienburgensem<sup>8)</sup> ingratum Caesari futurum. Ego, quantum possum, hunc intrudo, sed nesciunt, quem illi adiungant. Hoc dubium brevi absolvetur.

Martinus Zborowski, Castellanus Calissiensis, ad Turcam nominatus. Sed nescio, an non excludetur, quod stat aperte illis sinistra.

Castellanus Byeczensis, Malestatis Reginalis Curiae Magister,<sup>9)</sup> fuit hic in Conventu, sed quomodo scene serviverit et quo pacto utrique satisfecerit, nescio. Scio suspectum esse, et fortasse utrinque, quamquam etiam utrinque capiat et uterque illum astutissimum esse videat. Videbitur finem, et certe credo, bonum, nam nunc itur ad urbes.

Sed redibo parumper ad publica. Cum, inter cetera, Nuncciiis provinciarum enumerarentur causae, quare hic executio fieri non posset, dicebant etiam unam Illustrissimae Vestrae Dominacionis absenciam, nec commode adesse posse, que artes? eodem ore calidum et frigidum spirare.

Reliquum est, ut possemus scire, quonam Regia Maiestas hinc movebitur. Varii fuerunt rumores, iam in Radom rursus, iam in Lythwaniam. Nam Cracoviam nolunt Dominam ducere ad sedem regalem, propter hominum maiorem (si diis placet) exacerbacionem. Sed iam audio esse conclusum, quod Cracoviam quidem, sed in Nyepolomycze ut plurimum mansuri. Illuc enim Dominam traduent. Nec tamen id certum affirmo.

Porro cuperem ex animo Tuam Illustrissimam Dominacionem presens alloqui et videbo, si Regia Maiestas in solitudinem itura est, ut veniam impetrare possem, sed per indirectum. Quamquam Deum praecor, ut aliud faciat, nempe ut Illustrissima Vestra Dominacio Cracoviam, optimo omnium et optato rerum successu, ante carnisprivium veniat... Petrikoviae, 19 Decembris, 1548.

Mercurius festinat ita, ut relegere non vaccat, et magis dormire libere quam natere. Sed mihi, inquam, nisi ex tempore contingit ad Illustrissimam Vestram Dominacionem scribere.

Stanislaus Boyanowski.

a)-b) in margine.

z) sic in ms.

1) Ioannes Tarnowski.

2) Samuel Maciejowski.

3) Carolus V et Solimanus II.

4) Ioannes IV Basilides.

4a) Paulus III.

5) Petrus Kmita

6) Otto Truchsess.

7) Andreas a Górká.

8) Achatius Czema.

9) Ioannes Ocieski.

\*) deest.

*Schedula adiuncta: elenchus senatorum ex duabus factionibus:*

Ceteri absunt.

Pro Rege:

Episcopus Cracoviensis <sup>1)</sup> aperte  
Castellanus Cracoviensis <sup>2)</sup> aperte  
Episcopus Cuiaviae <sup>3)</sup>  
Episcopus Plocensis <sup>4)</sup>  
Episcopus Chelmensis ex Russia <sup>5)</sup>  
Palatinus Posnaniensis Latałski <sup>6)</sup>  
Palatinus Callisiensis Sluzewski <sup>7)</sup>  
Palatinus Lublinensis Tęczyński <sup>8)</sup>  
Palatinus Russiae Fyerley <sup>9)</sup>  
Palatinus Podoliae Myleczki <sup>10)</sup>  
Castellanus Siradiensis <sup>11)</sup>  
Castellanus Belzensis <sup>12)</sup>  
Castellanus Woynyczensis, Thezaurarius Regni <sup>13)</sup>  
Castellanus Chelmensis Grabya, Vicecancellarius <sup>14)</sup>  
Castellanus Oszwyczimensis Ioannes Boner  
Castellanus Przemisliensis Odnowski <sup>15)</sup>

Hii in quibusdam negociis mediocriter, in fundanda quomodo-cunque regali iurisdicione aperti, et hic est cardo omnium sapienciarum.

Pro Republica, ut dicitur:

Archiepiscopus Primas Regni <sup>16)</sup>  
Episcopus Przemisliensis <sup>17)</sup>  
Palatinus Cracoviensis <sup>18)</sup>  
Palatinus Sandomiriensis Tęczyński <sup>19)</sup>  
Palatinus Lanczycziensis Jarant <sup>20)</sup>  
Palatinus Brzestensis Lesczinski <sup>21)</sup>  
Palatinus Mazoviae, frater Archiepiscopi <sup>22)</sup>  
Castellanus Posnaniensis de Gorka <sup>23)</sup>  
Castellanus Callisiensis Zborowski Martinus  
Castellanus Lanczycziensis Parniczewski <sup>24)</sup>  
Castellanus Łądensis Latałski <sup>25)</sup>  
Castellanus Wyschogrodensis <sup>26)</sup>  
Castellanus Haliciensis <sup>27)</sup>  
Castellanus Rosperiensis <sup>28)</sup>  
Castellanus Spiczimiriensis <sup>29)</sup>

Cum omnibus Nuncciis omnes isti aperte. Palatinus Siradiensis Laski egrotus domum abiit. Castellanus Brzestensis <sup>30)</sup> eciam hic decumbens. Neque hoc neque illud videri volunt ambo, sunt tamen pro Rege.

1) Samuel Maciejowski.

2) Ioannes Tarnowski.

3) Andreas Zebrzydowski.

4) Andreas Noskowski.

5) Ioannes Drohojowski.

6) Ianussius.

7) Petrus.

8) Andreas.

9) Petrus.

10) Ioannes.

11) Stanislaus Przerembski.

12) Nicolaus Sieniawski.

13) Spytek Tarnowski.

14) Nicolaus Grabia.

15) Nicolaus.

16) Nicolaus Dzierzgowski.

17) Ioannes Dziaduski.

18) Petrus Kmita.

19) Ioannes.

20) Nicolaus Jarant Brudzewski.

21) Ioannes.

22) Ioannes Dzierzgowski.

23) Andreas.

24) Sigismundus.

25) Georgius.

26) Adam Wilkanowski.

27) ?

28) Stanislaus Gomolński.

29) ?

30) Erasmus Kretkowski.

N. 1135.

*Petricoviae, 30.XII.1548.*

*Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R. P. capitaneus,  
Alberto in Prussia duci  
per palatinum Marienburgensem [Achatiu Czema] ducem salutatur, cui  
etiam certa negotia duci referenda commisisse se nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.376.*

N. 1136 deest.



# 1549

N. 1137.

s.l. s.d. [1549]

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci  
de rerum statu in Polonia prolixius refert, praesertim de procerum  
quorundam et nobilitatis erga regem indignatione; mittit aliqua nova  
ab exteris regionibus.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.377.*

Precor Illustrissimae Vestrae Dominacioni omnia foelicia.

Nolo amplius res nostras apud Illustrissimam Dominacionem Vestram deplorare. Satis enim hoc toto anno questum esse frustra existimo. Et si autem non ea causa querimonias deponere velim, quod boni aliquid novi apud nos apparet, certe novi. Semper enim et quottidie in peius labimur, ita quod certissima ruina, si non in toto, certe in bona parte pre oculis appareat. Tamen ad animum redeundum esse puto, qui si sit bonus, dimidium mali auferre dicitur. Nudam itaque tantum historiam horum dierum scribam, cum ipse, ut cupiebam, Illustrissimam Vestram Dominacionem nunc invisere non possum, idque non propter pestem, que in eo itinere, quod mihi ex Posnania faciendum fuisset, frequens esse fertur (possit tamen, ut credo, caveri), sed quia Rex prohibuit, cum me id cogitare presensit. Causam autem prohibitionis pestem dicit.

Ex Maiori Polonia hec mihi scribuntur:

Scis Palatinum Posnaniensem,<sup>1)</sup> quamquam id secretissimum esse voluit, Regiae Maestati serio suasisse, ut Castellano Posnaniensi<sup>2)</sup> quocunque modo vitam eriperet atque eius posteritatem, cum tota substantia, funditus erueret, si libere et secure regnare velit, exemplum Bohemicum 1547 anni adferens. Scies Castellanus id rescivisse. Quod nunc per omnes occasiones omnibus manifestum facit et queritur. Congregate fuerunt nuper in Pisdri supra 400 nobilium persone, ubi et prefatus Dominus Castellanus fuit. Erantque ibi vehementissimi sermones de hac re omni. Quorsum tandem hoc evadet, Deus novit.

Praesagit hoc periculosos motus in non tranquilla Republica nostra. De Illustrissima Dominacione Vestra fuerunt et sunt varii et mirabiles sermones et suspiciones. Ausi sunt aliqui in Senatulo dicere Illustrissimam Dominacionem Vestram cum Regina Bona, Castellano Posnaniensi etc. ita conspirasse, ut Rex per occasionem istarum offensionum et tumul-

tuum in ordine equestri Regno eiciatur. Eciam consulentes iidem, sed id longe ante inceperunt, ut apud Caesarem et Ferdinandum odium in Illustrissimam Dominacionem Vestram augeatur, ne forte inconsultis nobis ipsa gratiam et pacem occasione Prussiae etc. querat et inveniat ibi. Quasi vero necesse sit eum Regem eicere, qui se ipsum quasi consulto et ex industria pellit, atque prorsus expelleret, nisi magis ab istis, qui contra eum esse dicuntur, quam qui pro eo, restituatur.

Sed hic incidit res ridicula fere, si vana est. Rescivit Regina Bona Regem mandasse certis astronomis, porrecta illis eius, matris scilicet, nativitate, ut figuram celi exigerent, ut vocant, sive revolucionem. Qui retulerunt Regi, quod post mortem mariti Regis decem annos tantum sit victura. Illa ubi hoc cognovisset, iussit eciam ex nativitate filii promissionem celi querere. Et relatum est illi, quod Rex ultra triennium post mortem patris futurus sit exul.<sup>a)</sup> Ita fit prudentia, ut plerique certa pro incertis commutare non dubitent. Post hominum memoriam, immo post conditum Regnum, nemo fuit Regum Poloniae, qui commodius, facilius et foelicius regnare potuisset et diucius. Sed valeat talis philozophia, quam ego ore pocius quam calamo (si fata voluissent) avidissime tractare cupiebam. Quod utique futurum in competenti temporis spacio non dubito.

Consultaciones nostrae modernae sunt variae et incertae. Dubitamus adhuc, an sint Comicia Regni indicenda, immo aperte sepius dicimus ea nos habere nolle. Et quamquam hoc incertum sit, commovit tamen talis sermo, late sparsus, novas periculosasque in omnibus tentaciones. Conferunt enim inter se nobiles ex omnibus districtibus omninoque de suis rebus convenire vellent atque hoc, quod semper Poloni salutare remedium unicumque habebant, non obmittere. Quod si Rex indicere nolit, se velle dicunt, quamquam hoc perfidicile sit, nisi inter concordēs et constantes. Sunt qui dicunt vetera quedam Regni privilegia esse, quibus concreditur, ut Archiepiscopus, tanquam Primas, Conventus Regni indicat, si quis Regum nollet. Sed impediretur talis Conventus atque pro sedicioso haberetur, ut apparet. Consultit enim Marschallus Litvaniae, Novus Dux,<sup>3)</sup> ut Rex in Litvaniam (si hic Conventum celebrare non libeat), eo quod similem proximo aut peiorem eciam metuamus, proficiscatur, ubi facilius exercitum (ut ille dicit) colligere atque tumultus sediciosorum exinde, si qui oborirentur, oprimere possit. O bonum consilium! Bonum tamen ad res malas. Videntur enim homines scelerati et proditores patriae honestatis ex industria has offensiones struere, ut commoveant tumultus, quos illi una cum omni libertate et legibus, sub praetextu refformacionis, oprimere cogitant etc. Nescio, quam id prudenter et tute fieret, sed scio improbissime hec consuli.

Maximo dolore afficiuntur omnes boni hunc bonum Regem ita ad impia consilia trahi. Cracoviensis et Sedomiriensis Palatini<sup>4)</sup> huc adventum parant, sed se ea de causa Rex in venacionem Niepolomiczensem subduxisse videtur. Existimat enim (id, quod res est) eos expostulacionem parare talem: Quid facis, Rex? Quorsum hec? Nondum-ne ad te rediisti? Sentis-ne iam te male seductum esse? Admisisti summum dedecus, in tua persona regia conspurcasti totam hanc nacionem istorum consiliis, qui se pro te stare, nos vero contra dicunt. Amisisti gratiam et favorem (sine quibus nihil bene geri potest) omnium subditorum et vicinorum. Autor es maximarum in Regno discordiarum et odiorum. Amicos tuos et nostros tristissimos, inimicos vero laetos et cordatos effecisti. Postremo

in summam egestatem ex magnis opibus repente te coniecisti. Porro eo res inclinata esse videtur, ut nos omnes una tecum pereamus, nisi via salutis queratur alia, quam hec fuit. Quare dic nobis, tuis etiam Consiliariis, an hec videas et an habeas apud te certos aliquos modos et certa consilia, quibus te et nos ab interitu salvos facias. Quod si hec non vides, vel si vides et nos curas, scias nos nolle hoc admittere, sed habere modos et consilia, quibus tu et nos liberabimur. Quod si tu non vis liberari, nos propter te unum omnes perire hac ratione non tenemur. Quare aut ostende hoc bonum esse, quod sequeris, aut aliud nobiscum in eas consilium. Alioquin nos id facere cogemur, quod debitum erga patriam et officium ac autoritas nostra requirit.

Addent fortasse se velle Conventum Regni facere, ut de salute publica cum omnibus Statibus Regni conferant. Quamquam Archiepiscopo <sup>4a)</sup> minari audio, quem velint in ius vocare Romam, scilicet ad Papam, <sup>4b)</sup> ad videndum se officio privari, quod turbet Rempublicam etc.

Sed redeo parum ad Vestram Illustrissimam Dominacionem, de qua opiniones sive suspiciones, de quibus supra, sedatas esse dicunt vel dissimulant. Rex nuper cum Palatino Sedomiriae, quem in partibus sibi adversis ponunt, conferens, ventum est in mencionem Vestrae Illustrissimae Dominacionis, atque Palatinus ille volebat scire causam rationabilem, cur non sit data soror regia Vestrae Illustrissimae Dominacioni etc. Rex, postquam multas causas atque gravissimas obstitisse dixit, se hoc ex animo cupivisse. Quid enim? Ego illum Principem vehementer semper amavi et amo maximamque spem in eo pono atque tanquam patri in meis necessitatibus confido etc.

Cetera, per hocque tempus acciderunt, Dominus Vetterius refert, ut de incendio arcis Cracoviensis etc.

Ab extra hec sunt, que ego scio. Misit huc Palatinus Moldavie, <sup>5)</sup> dicens se duo mandata ab Imperatore Turcarum <sup>6)</sup> (quia ad primum non fecisset) habuisse, ut ad Regem mitteret atque resciret, an voluntas Regis fuerit vel scitum, quod nostri Kozaki incursionem versus arcem suam Oczakow atque damna subditis eius facerent etc. Dixit etiam idem Orator privatim, quod duo Czausszi Turcici hos Tartaros, qui nuper Wolhiniam vastarunt et spoliaverunt, ex domibus eorum fustibus invitissimos ad id expulerunt. Metuimus igitur maiorem eorum incursum, proptereaque Castellanus Cracoviensis <sup>7)</sup> ex Russia nondum rediit.

Legatus nomine Bogusz <sup>8)</sup> in Turciam mittitur, unde iterum nova allata sunt Turcas victoriam ex Persis habuisse. Sed difficile est in utramvis partem credere.

Ab aula Caesaris Romanorum hec ita, ut mihi scribuntur, Vestrae Illustrissimae Dominacioni mitto. Scripsit huc preterea Orator Regis, Episcopus Chelmensis, <sup>9)</sup> cum Praga discessurus esset, Illustrissimum Principem Marchionem Albertum iuniorem etc., qui recens tum istuc venerat, in hospicium se adiisse atque ab eo scire voluisse, quidnam apud Cesarem in nostra et Prussica causa effecisset, quod in se receperat. Respondisse se nunc dicere non posse sufficienter, sed tantum quod bene rem peregisset. Quia vero videbat Oratorem ad iter accinctum, dixit, ut paulatim iret atque unius aut alterius diei iter faceret, se velle assequi. Qui cum ita iret, misit postea ad eum litteras se non potuisse tam citto absolvi apud Regem. Quare hanc eius negotii summam sciat, quod Caesar bonis modis cum Rege vestro vult agere, scilicet ut Polonis Prussia relinquatur, tantum ut Monteregio, Gedano, Torunio, Elbingo et Mariemburgo



Caesari cedant,<sup>b)</sup> Magistrum vero Ordinis<sup>10)</sup> ut contentet, vult Caesar in Livoniam ponere.<sup>c)</sup> Hec ille sunt bone et tolerabiles condiciones, ita ut ridere libeat magis, quam inire etc.

Item ad priores nova accessit apud Regem in Castellatum Posnaniensem offensio, quod Dux Legniczensis Fridericus in ius a Ferdinando vocatus, cum appellacionem ad Generalem Conventum ab eo suscipere nollent, positus in Legnicza presidiis, Posnaniam venit ibique cum 8 hominibus in hospicio publico moratur, cum tamen eius causa Dominus Castellanus Posnaniensis, cum ille esset venturus, Posnania discesserat.

Item ego tandem post tantas procrastinaciones sum ita Posnaniam...

*(Continuatio epistolae in Archivo deest)*

- |  |                                |
|--|--------------------------------|
| a) sequitur depictum signum in forma cornus. | 5) Elias II.                   |
| b)-c) in margine.                            | 6) Solimanus II.               |
| 1) Ianussius Latałski.                       | 7) Ioannes Tarnowski.          |
| 2) Andreas a Górka.                          | 8) Nicolaus Bogusz vel Bohusz. |
| 3) Nicolaus Radziwiłł (« Niger »).           | 9) Ioannes Drohojowski.        |
| 4) Petrus Kmita et Ioannes Tęczynki.         | 10) Wolfgangus Schutzbar.      |
| 4a) Nicolaus Dzierzowski.                    |                                |
| 4b) Paulus III.                              |                                |

N. 1138.

s. l., s. d. 1549

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R. P. cancellarius,  
ad synodos particulares suae dioecesis  
instructio de Synodo dioecesana indicenda contra novitates in rebus  
religionis.*

*(Exemplar, probabiliter aliis litteris inclusum et duci transmissum)*

*H B A, B 2, K.377.*

Instructio Reverendissimi Domini Episcopi Cracoviensis ad particulares Synodos suae dioeceseos anno MDXLIX.

Initio nuntius nomine Reverendissimi Domini fraterne totam congregationem sacerdotum salutabit et gratiam, misericordiam et pacem a Deo ipsi optabit. Deinde caetera prosequetur in hunc modum:

Reverendissimus Dominus noster, etsi gravissimis regiis et publicis negotiis atque inprimis religionis et Ecclesiae suae gratia detineatur, nihilominus tamen ea quoque curat, quae ad officium ipsius pastorale proprie pertinent, et omni ratione providendum sibi esse putat, primum ut salutaris Christi doctrina, per Apostolos et longam perpetuamque successorum Episcoporum [seriem] per universum orbem terrarum propagata, totque saeculis in Ecclesia catholica, cuius rector doctorque est Spiritus Sanctus, hucusque retenta, deinceps quoque in hac ipsius dioecesi mordicus retineatur et reverenter pureque in omnibus ecclesiis et parochiis praedicetur, populo sacramenta rite dentur et secundum Conci-

liorum praescripta sanctaeque Ecclesiae catholicae receptum usum administrantur, ritus et caeremoniae ecclesiasticae, a sanctis Patribus olim ad excitandam et alendam hominum pietatem sapienter institutae et in hoc usque tempus usitatae seruentur, novis et pravis dogmatibus et haeresibus in hac diocaesi via penitus praecludatur, aut si quae forte usquam irrepserint, ut eae commode et sine tumultu explodantur; abusus, si qui in templis atque sacris suppularunt, radicitus extirpentur; deinde disciplina ecclesiastica, neglecta penitus et collapsa, ut instauretur, mores sacerdotum dissoluti et in omne non modo flagitiorum, verum etiam scelorum et audaciae genus proiecti, diligenti animadversione emendentur tollaturque omnis occasio, quam nos ipsi maxime nostris vitiis profanis hominibus damus, invidendi et male volendi nostro ordini, inhiandi preventibus nostris et bonis ecclesiasticis, denique iurisdictionem et auctoritatem ecclesiasticam, sanctissimas caeremonias ipsamque adeo religionem sacrosanctam impudenter et impie contemnendi; postremo ut nefarii istiusmodi hominum conatus et sacrilega ausa mature et sapienter refrenentur et coerceantur ecclesiisque et clericis hominibus suae immunitates et praerogativae conserventur, ademptae vero vel in dubium revocatae vindicentur et redhibeantur.

His igitur tot tantisque de rebus idem Reverendissimus Dominus noster diocaesanam Synodum Cracoviae nunc feria secunda post festum Conceptionis Mariae Virginis habere instituit, ad eamque Dominiones Vestras invitat, quo de rebus communibus in commune consulatur, salus enim, ut inquit sapiens, ubi multa sunt consilia. Quoniam autem non omnes<sup>a)</sup> commode tam longe ab ecclesiis suis et ministeriis sacris abesse possunt, ad hanc urbem Dominatio eius Reverendissima Dominiones Vestras evocavit, ut hic congregatae deligant inter se aliquot viros graves, eruditos et prudentes, quos cum luculenta et plena facultate nuntios ad diocaesanam Synodum pro se de omnibus rebus consultaturos mittant iisque exhibeant Dominiones Vestrae querimonias, si quas quisquam habet, atque supplicationes de necessitatibus suis et ecclesiarum suarum per eos etiam sub obligatione conscientiae deferant, si quid in hoc territorio et archidiaconatu perperam, scandalose et contra sanos mores fit publice et privatim. Itemque si qui, sive clerici sive laici, nova et perversa dogmata disseminant, aut libris haereticorum utuntur.

Faciant etiam eis Dominiones Vestrae potestatem consentiendi in contributionem, si qua opus esse videbitur, vel ad instaurationem cathedralis ecclesiae vel in subsidium Reverendissimae Dominationis eius, pro salute utilitateque omnium nostrorum, in aula regia magno sumptu militantis, vel in sumptus nuntiorum ad reformationem publicam, quae Romae instituitur, mittendorum, vel denique pro alia quavis utilitate ecclesiarum publicarum. Neque enim Dominatio eius Reverendissima per se ipsa sufficere omnibus his impendiis potest et minus laedunt quenquam, quae coniunctim et in commune supportantur. Divus quoque Paulus iubet, ut supportemus invicem. Si quid praeterea Dominiones Vestrae inter se conferendo excogitaverint, quod ad religionem, morum et abusuum correctionem aut aliam quamvis utilitatem ecclesiarum pertinere existimabunt, de eo quoque per eosdem nuntios ad Reverendissimam Dominationem eius et ad Synodum referre poterunt.

a) sequitur expunctum: tam.

Petricoviae, 9.I.1549.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R.P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci*

*de negativo responso Roma allato in causa matrimonii ducis (cum una ex  
sororibus regis Poloniae) se dolere scribit, sed voluntati divinae  
obtemperandum asserit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Vellem aliud magis optatum responsum Illustrissima Dominatio Vestra consequi ex Urbe potuisset, sed quale fuit allatum, tale perscribi ad illam oportuit. Horum autem consiliorum, quae non probantur Illustrissimae Dominationi Vestrae, quis autor fuerit, non ignorat illa procul dubio. Ego me adiutorem fidum voluntatis Illustrissimae Dominationis Vestrae fuisse et esse certo profiteri possum. Sed quia conatum tantum et non eventum in facultate nostra positum esse scio, id, quod hucusque evenit, Domino Deo potius quam cuiquam alteritribuendum erit. Expediret, ut video, primo quoque tempore matrimonium hoc confectum esse, sed quia ita res est implicata de Caesare, obtemperandum nonnihil est et tempori et occasioni.

Sed ne velit propterea Illustrissima Dominatio Vestra tantopere tangi animo, divinae voluntati quis est, qui resistere possit, fortasse moram hanc magno aliquo commodo pensabit, modo nos certam in illo spem et fiduciam collocemus. Vult sibi credi Deus, vult sibi supplicari, vult in se potius quam in aliquo mortalium spem defigi. Grata fortassis superveniet, quae non sperabitur hora. In horas enim singulas expectamus reditum tabellariorum, qui duo missi sunt a Regia Maiestate ad Dominum Cardinalem,<sup>1)</sup> tertius, quem Reginalis Maiestas<sup>2)</sup> miserat, rediit quidem ad illam, sed de aliis Principibus in matrimonii causa propter absentiam ab aula suam certi nihil, de Illustrissima vero Dominatione Vestra ne verbum quidem scripsit. Quicquid Regia Maiestas acceperit a suis, illud subito ad illam perferretur... Datum Piotrkoviae, nona Ianuarii, anno Domini MDXLIX.

a) Vestre Illustrissime Dominationis  
humilis servitor et capellanus

Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniae  
Cancellarius subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Otto Truchsess.*

2) *Bona.*

N. 1140.

Varsaviae, 15.I.1549.

*Ioannes Ocieski, magister curiae reginae Bonae,  
Alberto in Prussia duci  
dignitatem et existimationem ducis apud reginam Poloniae et apud eius  
filias integram et intactam esse affirmat; de equis adductis refert.  
Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1141.

Petricoviae, 23.I.1549.

*Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R. P. capitaneus,  
Alberto in Prussia duci  
adoloscentem quendam egenum, litterarum exhibitorem, in Regium Mon-  
tem bonarum litterarum discendarum gratia proficiscentem, commen-  
dat.  
Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1142.

Petricoviae, 27.I.1549.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci  
in negotio matrimonii cum una ex sororibus regis ducem a certis regiis  
consiliariis illudi et delusum iri scribit; refert de itineribus regis;  
de prospectata [Stanislai] Uchański ad imperatorem missione; de  
ducis Pomeraniae oratore.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.377.*

Illustrissime Princeps.

Ab eo tempore, quo postremas litteras ad Vestram Illustrissimam Dominacionem dedi, nihil obveniebat lectione Illustrissimae Vestrae Dominacionis dignum. Nunquam enim ita meis et meorum negociis occupatus fuero, quin erga Illustrissimam Vestram Dominacionem debito officio meo fungi possem. Contuli tamen aliquocies cum Oratore Illustrissimae Vestrae Dominacionis, ut, si quid dignum existimaret, Vestrae Illustrissimae Dominacioni scriberet. Quamquam autem et ne nunc quidem sit, quod scribatur, unum tamen hoc tacere (pro meo studio et debito) non possum, nempe matrimonium Illustrissimae Vestrae Dominacionis. De quo etsi Cracoviae primum, deinde per litteras clare et aperte monui, tamen iterum moneo, ne se diucius in hoc ludo extrahere et falli paciatur. Tempus enim, quod isti eludere cupiunt, in rebus humanis preciosissimum est. Cuius bonam partem impudentes homines suis artibus pharisaicis

susurati sunt sine causa. Qui et illud menciuntur Regem nuper mortuum locacionem suarum filiarum Caesari in potestatem ita dedisse, ut Polonis citra voluntatem eius nihil de illis statuere liceat. An autem et ille homo, qui de regio matrimonio aliud, quam sciebat, affirmare non est veritus, in hoc presenti negotio aliter, id est fideliter egerit, Vestra Illustrissima Dominacio iudicet. Non est, credo, quod me pudeat mei de illo iudicii, qui in secreciori colloquio Illustrissimae Vestrae Dominacioni dicebam, ne micam quidem synceritatis in illo esse. Testor autem Deum me nullo eius odio, sed solo recti et Illustrissimae Vestrae Dominacionis studio hoc effutivisse. Quod alioquin mei moris non est. Quod si nihil tale reticere velim, dicerem et alium quendam ex Prussia, maiorem isto, cui etiam Illustrissima Vestra Dominacio suum hoc negotium credidit et commisit, nihilo fidelius egisse. Quod quidem ego magno dolore dico.

Sed ad propositum redeo. Si ego essem cum omnibus circumstanciis, sicut est Dux Prussiae, nollem accipere 20.000 florenorum, ut non ante Quadragesimam proximam ducerem uxorem, si quando ducenda est. Quid opus est magnis ceremoniis et danti et ducenti uxorem, que perdendo tempori et aeri causam prebent, dum parantur. Marcium autem et Aprillem negligere est ipsam Venerem contemnere, quam veteres deam veris esse voluerunt. Sed ignoscat Vestra Illustrissima Dominacio, quod apud eam paulo liberius iocor.

Iam quod negocia et conatus nostros attinet, satis erit de illis, si quis dicat omnia prepostere et contra veteres mores et leges scriptas fieri. Volebam Illustrissimae Vestrae Dominacioni recessum istius Conventus, quem, ut audio, publicare volunt, transmittere. Sed mihi Assuerus <sup>1)</sup> dixit se iam unum Illustrissimae Vestrae Dominacioni misisse. Ex quo iudicari potest, prudentie-ne magis vel probitatis sit, illos, qui honoris, patrie et boni publici assertores sunt, ridere et contumeliis per calumniam afficere. Quos manipulorum causa negocia Reipublicae velle negligere, et ut nulla iusticia exerceatur, nulli oppresso subveniatur, contendisse insimulat et sepius urget Doctor Hosius simul et mentitur. Qui quidem hoc tucius facere potest, quam alius quispiam, qui se illis, ubi in unum convenerint, immiscere non solet.

Litteras Illustrissimae Vestrae Dominacionis aprobare melius est quam repetere. Commemorare enim sepius Reipublicae, religionis et honestatis vulnera est animum affligere, qui postea, ut dicit Salomon, exiccat ossa, sperando potius in Domino gaudendum, qui semper rogandus est, ut aut convertat illos, aut mala in malos dirigat.

Item 5 die Februarii Regia Maiestas versus Nowe Miasto ad uxorem, cum qua Craccoviam 13 eiusdem ingrediatur, deinde post paucos dies in Niepolomicze ibique bachanalia celebraturi. Dominus Laski <sup>2)</sup> convaluit. Credo illum cum Regia Maiestate iturum. Qui nunc adfuit Regi et similia, presencium exhibitor dicere sciet.

Item rumorem illum de mittendo Hosio ad Caesarem subsequitur alius, sed nescio quam certus, Dominum de Tarnow, Castellatum Cracoviensem iturum.

Item Ducum Pomeranie <sup>3)</sup> Orator hodie, ut credo, absolvetur, cuius legacio Vestrae Illustrissimae Dominacioni cognita est... Petrikovie, 27 Ianuarii, 1549.

Stanislaus Boianowski

1) Brandt.

2) Stanislaus.

3) Barnim IX, Philippus I.

Petricoviae, 31.I.1549.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*dubitare se scribit de sinceritate eorum, qui in negotio matrimonii ducis loquuntur; refert de catholicorum successibus in Germania; se alias notitias hac de re habuisse; de discordia in familia Wolski.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.377.*

Illustrissime Princeps.

Ante aliquod dies dedi iterum ad Vestram Illustrissimam Dominationem litteras tumultuarias, quibus senciebam, quod ante semper a recessu Cracovia usque huc, quod aliter mecum et aliter cum Nunccio Vestrae Illustrissimae Dominationis homines loquuntur de una eadem re. Hodie enim iterum ambiguum tempusque extrahens responsum retulit, quo nec sperare nec spem abicere contendunt. Non possum laudare, mallet siquidem aliud, quam Episcopi. Sed tamen pristinum rude iudicium meum non temere sequor, in alteram partem cedere paratissimus. Iam si ratiocinari de nostris in hoc negotio practicis debeam, nihil opus est magis, quam quod illi aut prorsus nolint hoc fieri cum nostra, immo cum ulla alia, ob idque tempus eludunt, aut (quod paulo humanius, sed nihil honestius esset) querunt, perquirunt, auribus et naribus venantur, an aliquis (labore Protectoris Regni Poloniae, Cardinalis Augustani)<sup>1)</sup> occurrat talis, quem facilius ferre possent. Sin minus, ut tandem extolentes operas, diligencias et difficultates in promovendo Vestrae Illustrissimae Dominationi negotio veniant, magna alacritate offerentes, quod invidissimi facerent. Dixi.

Ex misera Germania druides nostri nuper hic novum triumphum habuerunt, cum affirmabant per totum Imperium Interim receptum esse. Nunc iterum scripta ex Germania habui a Doctore quodam, Norembergensium consiliario, qui eciam a suis propter synceram pietatem non bene tractatur, quibus affirmat a multis non nisi simultate ad aliam occasionem esse receptum, a Mauricianis autem prorsus repulsum, in invasionemque Maydemburgi consensum non esse. Preterea Maydemburgenses Comitem de Oldenburg<sup>2)</sup> in Capitaneum suum cum 4.000 peditum et 1.000 equitibus ascivisse alereque extra urbem in suis possessionibus. Misit preterea chartam albam, de qua mecum loquutus est proximo Iulio Norembergensis, ut scilicet madefacerem, si legere vellem. In qua scribit civitates Imperii occulta consilia alere de repellendo Interim. Non, inquit, dubito Gallicam et Anglicam pecuniam illis adfuturam. De duce tantum agi. Mauricio enim non credunt, quamquam plurimi sint, qui et illum simulata fide Interim acceptasse et promovere permisisse non dubitant. Credo, inquit, vicinum vestrum, Marchionem Ioannem, inter omnes magisabilem et fidelem futurum. Hec ille de novo malo. Sero enim sapiunt Friges. Scribit preterea Comitem de Buren<sup>3)</sup> mortuum esse, affirmans Gallos scribere militem. Item Comitem de Psychlingen, qui ad Gallos confu-

gerat, ante Lugdunum, insperato casu, ex verbis, cum obvio nobili quodam Gallo, sibi obvio, asperius utrinque perlatis, ictu sclopeti interfectum esse.

Item Reginam Leonoram a privigno suo, Rege Gallie, Imperatori esse remissam. Hec ego Illustrissimae Dominacioni Vestrae non affirmo, scripta scribens, quamquam enim illi viro alioquin credo, sed illud aliena fide scripsisse video, et facile creditur, quod desyderatur.

Item ex Posnania scribitur fratribus, Electori <sup>4)</sup> et Ioanni Marchioni, Brandenburgensibus, non bene convenire. Iudeorum consiliarii christianis bene facerent?

Apud nos regimen est mirabile. Magna in animis multorum varietas de publicis et privatis rebus. Duo filii Nicolai Wolski, olim Magistri Curiae Reginae Bonae, patrum suum legitimum, Martinum Volski, Regis nuper mortui Archicamerarium, ex Craccovia vi abduxerunt atque in castro prefecture illius retinent, cum reliqua pecunia. Dederat enim, nescio qua condicione, proximo autumno Regiae Maiestati 25.000 ducatorum.

Item, si liceret, cuperem scire, an Illustrissimae Vestrae Dominacioni certum aliquod tempus et locus cum Regia Maiestate conveniendi sit nominatus. Nihil tamen importune peto.

Proximo die Martis Regia Maiestas hinc exhibit, <sup>2)</sup> 13 Februarii Craccoviam ingressura. Episcopus <sup>5)</sup> et Castellanus <sup>6)</sup> Craccovienses, Palatinus Belzensis <sup>7)</sup> cum Regia Maiestate ibunt, Palatinus vero Siradiensis Laski <sup>8)</sup> 3 miliaribus ante Craccoviam vult esse obvius. Nondum enim bene convaluit.

Tercio postea die Dominus Castellanus Craccoviensis ad uxorem discedet, Marszalko Lythwaniae <sup>9)</sup> sua mansione concessa.

Valeat Illustrissima Vestra Dominacio, praecor, quam foelicissime, et si quid paulo liberius postremis meis scripsi, ignoscat rogo. Qui simpliciter ambulat, confidenter. Petrikovie, ultima Ianuarii, 1549.

Stanislaus Boianowski

2) sic in ms.

1) Otto Truchsess.

2) Antonius I.

3) Mazimilianus a Büren.

4) Ioachimus.

5) Samuel Maciejowski.

6) Ioannes Tarnowski.

7) Adalbertus Starzechowski.

8) Stanislaus.

9) Nicolaus Radziwiłł (« Niger »).

N. 1144.

*Petricoviae, 3.II.1549.*

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R. P. cancellarius, Alberto in Prussia duci legato ducis omni opera et studio se adfuisse nuntiat; ex eo omnia ducem intellecturum esse addit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377*

*Stanislaus Hosius, nominatus episcopus Culmensis,  
Alberto in Prussia duci  
de sua in nuntium ad imperatorem [Carolus V] et ad regem Romanorum  
[Ferdinandum I] designatione et ad episcopatum Culmensem nomi-  
natione.*

*Sigill.*

*Iam ed: Hipler-Zakrzewski AHP. IV, Card. Hosii Epistolae I,311.  
H B A, B 2, K.377.*

Illustrissime Princeps etc.

Nuncio Illustrissimae Dominacionis Vestrae, pro meo perpetuo erga illam studio et observancia, presto adfui in iis omnibus, quae mea opera confici potuerunt. Quoniam vero a Sacra Maiestate Regia de consilio Regni Senatorum omnium ad Sacram Imperatoriam et Regiam Romanorum Maiestates Nuncius et ipse designatus sum, et pactorum et foederum confirmandorum causa, et ut cum terrarum Prussiae, tum Vestrae Illustrissimae Dominacionis rationes, quoad eius fieri liceret, divina ope constitui possent, significandum hoc Illustrissimae Dominacioni Vestrae putavi, ut ipsa quoque mihi consilium suum impartire dignetur, quo facilius, Dei solius praesidio nixus, rem ex sententia conficere possem. Is enim sum, qui cupio pro virili mea Illustrissimae Dominacioni Vestrae servire et omnia facere, quaecunque ad dignitatem illius tuendam et conservandam pertinere videbuntur. Scio neque ingenio, neque consilio, neque rebus aliis ad hoc munus necessariis me abundare, quin ea omnia quam in me sint exigua, facile agnosco. Sed quando ea est Sacrae Maiestatis Regiae, Domini mei clementissimi, quin et incltyti Senatus tocius voluntas, mihi non licet nisi iussa capessere, non freto viribus meis, quae nullae sunt, sed solius Dei misericordia, a quo solo, quasi perhenni fonte bonorum omnium, manat, quicquid est boni. In hoc ergo spem et fiduciam meam omnem collocavi, omnibus meis viribus difusus atque hoc solo fretus, provinciam hanc subire non recusavi.

Sed et aliud quiddam actidit, praeter spem certe et opinionem meam. Nam cum anno proximo superiore promissum fuisset Sacrae Caesareae et Regiae Romanorum Maiestatibus, quod senatorii ordinis aliquem de pactis et foederibus confirmandis ad eorum Maiestates Sacra Maiestas Regia missura esset, visum est Sacrae Maiestati Regiae, itidem de consilio Senatus sui, ut me quoque in Senatorum suorum ordinem allegaret et Culmensem Episcopum nominaret. Quandoquidem is, qui Culmensis nunc est,<sup>1)</sup> ad Varmiensem Ecclesiam postulatus est. Quam honoris actessionem non dubito, quin factura sit Illustrissima Dominacio Vestra, ut mihi faveat, pro sua in me gracia et benevolencia, quam iam inde ab annis aliquot singularem semper expertus sum. Ad hoc vinculum, quo antea quoque Illustrissimae Dominacioni Vestrae fui devinctus, actedit iam aliud vicinitatis quoque, ut tanto plus Illustrissimae Dominacioni Vestrae sim debiturus tantoque curaturus omnia diligentius, quae ad illius gratiam non modo retinendam, verum etiam augendam et amplificandam pertinebunt. Honos hic, ut immerenti mihi, ita certe non modo non petenti, verum detrectanti pocius delatus est, incredibili consensu Regni Senatorum



omnium. Deum precabor, in quo solo spem meam omnem defixam habeo, ut is, pro sua infinita misericordia, gratiam mihi suam supeditare velit, quo possim onus mihi impositum ad laudem et gloriam nominis eius, ad Ecclesiae Dei commodum, ad Regni terrarumque Prussiae utilitatem sustinere.

Habebit Illustrissima Dominacio Vestra me sibi nunc servitorem tanto addictiorem, quanto ad illud vinculum, quo fui prius illi obstrictus, arctius eciam hoc accessit vicinitatis. Si mihi Illustrissima Dominacio Vestra literis suis significare non gravabitur, quibus rationibus agredi me velit negocium suum apud Caesaream et Regiam Romanorum Maiestates, libenter illas sequar, re prius ad Sacram Regiam Maiestatem, Dominum meum clementissimum, relata... Datum Piotrcoviae, III Februarii, anno Domini 1549.

a) Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae  
servitor deditissimus  
Stanislaus Hosius Nominatus Culmensis Episcopus.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*  
1) *Tidemannus Giese*

N. 1146.

*Petricoviae, 5.II.1549.*

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*de Assuero Brandt iam absoluto et ad ducem remisso; de rerum statu in Germania; de periculosis turbis in Lithuania inter primores exortis; de Livonum legato a Moscis trucidato; de Stanislai Hosii ad imperatorem [Carolus V] missione.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.377.*

Illustrissime Princeps.

Postquam, iam tandem absolutus, ad Vestram Illustrissimam Dominationem proficiscatur Dominus Asuerus Branth, non esset, quod Illustrissimam Vestram Dominationem scriptis meis occuparem, omnia siquidem ille hic didicit et novit, que Illustrissimam Vestram Dominationem scire refert. Nos hic nobis omnibus actionibus in hoc nostro quasi privato Conventu placemus. Sed in provinciis nescio quid nobis suspectum et ingratum agitur. Omnes enim leges et libertates Regni publicas oprimi clamitant. Hec mala, si sunt fatalia, nemo nisi fatorum Dominus, Deus, immutare potest. Que ex Germania feruntur, similia sunt nostris. Ea, ita ut accepi, Illustrissimae Vestrae Dominationi nuperrime perscripsi.

Ex Litwania mihi scribitur similes turbas, aut periculosiores, inter primores agitari. Scribitur praeterea, nescio quam vere, Ducem Moszkovie<sup>b)</sup> Legatum Livonum in presencia sua securibus in frustra dismembrare iussisse.

Ad Imperatorem Hosius, Episcopus Chulmensis,<sup>a)</sup> et fortasse Fricz<sup>2)</sup> cum illo, quorum uterque scriptis non parum possunt, eloquencia et pre-

sencia in hoc casu parum, mittitur, ad solius Episcopi<sup>3)</sup> instigationem, quod nemo disuadere potuit. Nihil est aliud scitu Illustrissimae Vestrae Dominationis dignum... Petrikovie, 5 Februarii, 1549.

Stanislaus Boianowski

a) Episcopus Chulmensis in margine.

1) Ioannes IV Basilides.

2) Andreas Frycz Modrzewski.

3) Samuel Maciejowki.

N. 1147.

Posnaniae, 7.II.1549.

*Andreas a Gôrka, castellanus Posnaniensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*Casparo a Lehendorff certa duci perferenda se commisisse nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1148.

Visnae, 8.II.1549.

*Iacobus Bagiński, vexillifer Visnensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*de malefactis Christophori ab Oelsnitz, capitanei in Pisz, conqueritur.*

*Sigill.*

*(Annexum: Epistola Christophori ab Oelsnitz ad Iacobum Bagiński de 4.II.1549).*

*H B A, B 2, K.377.*

...Illustrissime Princeps etc.

Quum<sup>2)</sup> a pluribus annis hic officii mei Vestre Illustritati servire ac cum officialibus eiusdem Vestre Illustritatis congrancialibus invicem, ut decet, conservari solebam et conatus sum, imo indies, quoad fuero, eodem modo me gerere velim, verum Dominus Cristoferus, modernus in Pisz Capitaneus, aliter solito in eo officio se habet habereque vult. Nam cum nonnullis complicitibus, illi melius notis, ac Adam Rogala, incquietando bona subditorum Sacre Reginalis Maiestatis, in officio meo nobiles dictos Rakowskie percusserunt, vulneraverunt et unum eorum necaverunt. Quod me consanguineosque octisorum Sacre Reginali Maiestati notificare oportuit, quia quoque prefatus Rogala, subditus Vestre Illustritatis, in Vasosze, opido Sacre Reginalis Maiestatis, domum habens, unum predictorum nobilium interemit. Ubi hic mos est, quod post huiusmodi sceleris patratorem a domo alienum seu profugum, super Sacram Reginalem Maiestatem seu officium capitaneale Sacre Reginalis Maiestatis domus huiusmodi et substantia devolvitur et in gratia Domini consistit, usque Domino et parti dolenti reconcilietur ac satisfaciatur. Et inde ego satisfaciens meo officio, culpabilis non sum. Ac tamen prefatus Cristoferus literis suis, satis rigidis et quidem minatoriis difidatoriisque, vicinitati et bone conservacioni insolitis, me obdestinare nititur. Quarum copias hic inclusas Vestre Illustritati

mitto supplicoque Vestre Illustritati, dignetur eundem ab huiusmodi insolentis prohibere, ne id Sacre Reginali Maiestati, Domine clementissime, publicare cogar. Nolim autem agere citra officii mei ofensam, nisi ea, que sint cum gratia Vestre Illustritatis ac digna conservacione officialium et subditorum Vestre Illustritatis, Domini clementissimi... Ex Visna, octava Februarii, anno Domini MDXLVIII.

Vestre Illustrissime Dominacionis servus  
Iacobus Bagenski, Vexillifer et Locumtenens  
Capitaneatus Visnensis.

z) sic in ms.

*Annexum. Epistola Christophori ab Oelsnitz ad Iacobum Bagieński, 4.II. 1549.*

Si vales, bene est, ego valeo. Haud dudum abhinc causa subditi capitaneatus mei, Adam Rogala, cui citra omnis iuris (ut audio) formam, domum adimis, literas ad te misi, quibus adhuc non solum non respondi, sed et verbis maledicis, me annihilare coram literarum latoribus non erubuisti, sed utinam pestis et mala, quae mihi precatus est,<sup>2)</sup> dupliciter te infestent et occupent. Princeps meus Illustrissimus propterea me provinciam hanc in hoc loco gerere non fecit, ut tu in quem maledictis iaculare posses, haberes. Etiam si tantum appetitum habes ad crines meos, eris aliquando voti compos. Sed, Deo volente, cum tuo ipsius damno. Insuper scito, quandoquidem video te quomodolibet, per fas et nefas erga capitaneatus mei subditos agere, aut ad minimum maleficiis quibuslibet, ab aliis peractis, connivere, cogor haec ad Principem meum clementissimum deferre,<sup>1)</sup> qui haud dubio causam hanc coram Sacra et Christianissima Reginali Maiestate agere non intermittet. Quid inde lucri feres, tute videas. Vale rectissime. Datae in Pisch, die 4 Februarii, anno 1549.

Cristopherus de Olcznicz Capitaneus etc.

z) sic in ms.

N. 1149.

*Cracoviae, 13.II.1549.*

*Exemplaria trium orationum, regem Sigismundum Augustum et reginam Barbaram Cracoviam ingredientibus salutantium: prima nomine Capituli Cracoviensis per Petrum Myszkowski rex et regina salutabantur, secunda nomine Universitatis Studiorum Cracoviensis rex, tertia eiusdem Universitatis nomine regina salutabatur.*

*(Exemplaria haec probabiliter aliis litteris ad duces missis annexa erant)*

*H B A, B 2, K.377.*

I

Capituli Cracoviensis Maiestatis Regiae exceptio per Reverendum Dominum Petrum Miskowski, in adventu Maiestatis Suae XIII Februarii habita.

Vetus est consuetudo, Serenissime Rex, et in hoc tuo Regno et inter omnes fere gentes iam pridem observata, ut prestantibus ac benemeritis de Republica viris peregre venientibus honores publice et gratulaciones

fierent. Quod institutum, quum eciam Collegium nostrum iam inde a maioribus suis tenuisset, atque hoc officii genus solitum esset suis Principibus tribuere, committere noluit, quin id quoque hoc tempore pro suo in te studio, pietate et observancia tibi tribueret, atque hoc etiam cumulatus, quod te de constituenda Republica pleraque preclare cogitare et ea summo studio perficere velle multorum sermonibus accepimus. Cuius rei argumentum est vel maximum, quod proximo totius Poloniae conventu magna severitate, equitate, prudentia, magno eciam valetudinis tue incommodo, iudicia fieri volueris, in quibus ea iecisti fundamenta tui Imperii, ut nemini dubium esse possit, quin cetera deinceps tua facta atque omnes administrandi Regni rationes in eo potissimum versentur, ut pietati primum ac iusticie, qua sola virtute maxime societas hominum continetur, deinde paci et communi omnium tranquillitati maxime profectum esse velis. Quo nomine, mihi crede, non solum apud eos, qui in tuo sunt dominatu, benevolentiam sibi comparaveris, ut te pre ceteris observent, te cum quadam admiratione dignum honore putent, te gloriantur natum esse suis temporibus, verum eciam apud externos omnes in tanta eris gloria, ut nihil in orbe terrarum tuo nomine esse possit celebrius, nihil quod admiretur magis et hec aetas nostra et universa posteritas.

Accessit eciam ad cumulum gratulacionis nostre, quod huc tecum venisse atque nunc primum ad hanc urbem accessisse videamus lectissimam Principem coniugem tuam, quam tu ex multis ornatissimis<sup>a)</sup> et laudatissimis quibusque in matrimonium et consortium imperii Maiestatisque Regiae fastigium deligere voluisti. Quod ut tibi atque adeo utrique vestrum, nobis univarseque Reipublice bonum, foelix prosperumque sit, ex animo precamur. Neque enim dubitare possumus, quin in eo pietatem primum christianam, deinde integritatem ipsius et observanciam erga te singularem secutus fueris. In quo etsi tibi quodammodo imparem duxeris, nihil tamen praeter dignitatem regiam fecisse videaris. Siquidem nec Alexandrum Magnum, Regem Regum, gentium ac populorum Principem, puduit captivam in uxorem ducere, nec Abraham, parentem originis nostre, ex serva suscipere liberos penituit, nec ulli unquam vitio datum est uxorem in societatem tocius vite arbitrato suo deligere. Itaque et inicio propositum est. Iis tibi nominibus gratulamur, quod salvus, Deo sit gracia, et incolumis redieris, quod inter hec tui Regni principia de constituendo Reipublice statu tam sis sollicitus, quod iudicia severa, sancta sinceraque esse volueris, quod denique cum ea coniuge societatem vite inieris, cum qua speres bene, beate ac iucunde vivere. Atque id tibi potissimum in hoc sacrosancto templo gratulamur, quod hic plerique nostrum pro tuis optatis ac secundis successibus vota suscepimus, hic privatim, hic publice preces pro tua salute ad Deum fudimus, hic supplicationes, mandato et autoritate nostri Antistitis tibi decretas, magna veneratione ad istas Dei Optimi Maximi aras obivimus, hic quoque nunc agimus Deo gracias, quod te nobis incolumem reddiderit, precamurque eciam atque eciam, ut ea, que pro salute Reipublice tibi cogitanda perficiendaque suscepisti, progressus habeant foelices, exitus foeliciores. Nihil enim dubitamus, ubi universo Reipublice corpori consultum esse voles, quin ordinem quoque nostrum, qui pars est Reipublice non postrema, templa sacra, sacerdotes totamque religionem more et instituto maiorum tuorum, imprimis vero patris tui, viri immortalitate dignissimi, sis gracia, clemencia presidioque tuo protecurus. Quod ut facias, te eciam atque eciam rogamus supplices.

a) sequitur verbum expunctum.

## II

Universitas Craccoviensis ad Regiam Maiestatem.

Si non temere nec fortuito hic omnis agitur mundus, Serenissime Princeps, Domine noster clementissime, non temere, verum sapientia ac providentia Dei gubernatur, id quod tam sacrae quam prophanae attestantur literae, fatendum quoque est necesse magistratus quosque non inscio obvenire Deo, siquidem illud verum est, quot scribitur: Omnis potestas a Deo, et illud: Qui potestati resistit, voluntati Dei resistit. Quod si minime potestates a Deo conferuntur, quid ista regia dignitas, quae ad omnium publicam utilitatem, omnibus etiam magistratibus iure ac legitime praeest? A Domino quippe factum est istud estque mirabile in oculis nostris. Quoniam autem in Serenissima Maiestate Vestra cum hac regia dignitate, quae per se ipsam admirabilis est, heroicæ omnes etiam virtutes pulcherrima quadam harmonia conspirarunt, nempe clementia in subditos, iusticia in omnes, sobrietas ac temperantia in omni vita, et plus quam regia, sed vere christiana patientia, proptereaque omnes ordines in Sacram Maiestatem Vestram quam maximos certatim congerunt honores. Nostra quoque haec virorum ac iuvenum<sup>a)</sup> studiosa congregatio, Serenissimæ Maiestati Vestrae perpetuo subdita, ab eiusdemque maioribus congregata, dotata atque ornata honestissimoque ocio vacare permissa, te, lucem Sarmathiae spemque fidissimam rerum, salvum redcem cum suo tum Reipublicae nomine gratulatur, idque Deum Optimum praecatur, quo hoc gaudium nostrum iubeat fore perpetuum. Nemo enim est, Invictissime Rex, hisce formidandis temporibus, quem quidem magis vivere quam Sacram Maiestatem Vestram huic Reipublicae expediat. Qua duce si qua manent sceleris vestigia nostri, irrita perpetua solvent formidine terras.

Dumtaxat, Serenissime Rex, in hisce regnandi exordiis fac sic, ut coepisti, animo forti et invicto, ne te ii, qui exoriuntur, motus plus aequo feriant, quos quidem fatemur esse magnos, viribus tamen tuis multo inferiores, nihilque magis quam uberrimam segetem perpetuae gloriae tuae. Erit enim, erit aliquando tempus, cum ope divina et suorum fortitudine hostibus devictis, exarmatis, subiugatis in provinciamque redactis, rebellibus perdomitis subditorumque animis paccatis, optata tandem pace ac tranquillitate perfruare. Quod ut tandem maturius Deus Optimus praestet, nos imo vero omnes ardentissimis efflagitamus votis. Impossibile autem est, ut multorum praeces non exaudiantur.

Etsi tempus paciatur, subsequetur brevissima in gratiam eiusdem Sacrae Maiestatis sui commendatio.

a) *in ms.* invennum

## III

Universitas Craccoviensis ad Sacram Reginalem Maiestatem.

Nemo bonus est, Illustrissima Princeps, qui Serenissimum Principem nostrum non summis dignum iudicet honoribus. Ille enim est huius amplissimi Regni unicum praesidium, ille maiorum suorum clarissimorum Regum Poloniae unicus haeres atque gloriae successor, ille est Dominus noster clementissimus. Porro qui fieri potest, ut quisquam Regem vere habeat, si non illius amicos, familiares ac reliquos charos magni faciat? Quoniam vero tam divina quam humana lege praecipiente, individua vitae

coniux atque socia omnium amicorum, familiarium ac charorum charissima habeatur, relinquendos enim patrem et matrem Deus gravissime edixit et uxori suae adhaerendum, et quoniam Serenissimus Dominus noster inter omnes foeminas mundi Illustrissimam Dominationem Vestram sponsam suam ac Regni sociam sibi cooptare dignatus est, id nedum adprobandum, verum etiam maxima gratulatione prosequendum est. Gratulamur igitur, Illustrissima Princeps, tantis fortunis tuis, idque divinae voluntati ac tuae virtuti adscribimus. Gratulamur genti ac natalibus tuis, qui te talem ac tantam genuere. Gratulamur et nobis nostrisque studiis. Spes enim maxima exoritur, Illustrissima Dominatione Vestra, huius amplissimi Regni socia, res nostras augeri et confirmari debere.

Gens enim Lithwanica bonis moribus ac honestissimis studiis semper fuit estque amica. Atque quemadmodum Lithwania Poloniae veram religionem, ita Polonia Litvaniae solidam erudicionem debet. Jagelo enim clarissimus Lithvaniae Dux, cui postea christiano ac Regi Poloniae facto Wladislai nomen inditum est, primus in hanc urbem professorum ordinem convocavit atque dotavit. Perfecit hoc ille pius Lithwanus, quod ante ipsum nemo vel voluit vel potuit Polonus. Hoc ipsum omen in Illustrissima Dominatione Vestra excipimus atque amplectimur, ut pro natura suae gentis hanc nostram studiosam congregacionem promoveat atque suo patrocinio tueatur, praesertim vero apud Serenissimum Principem, Dominum nostrum clementissimum, ut quemadmodum Deus Maximus in oculis eius tantam gratiam Illustrissimae Dominationi Vestrae comparare dignatus est, ita eandem Illustrissima Dominatio Vestra apud eundem sponsum suum nobis conciliatam esse velit. Nos vero precabimur, ut Optimus Deus id honoris, quod operari dignatus iam est, etiam confirmaret vitaeque diutissimae una cum sponso suo, Serenissimo Principe nostro, participem faceret.

N. 1150.

Bruxellis, 13.II.1549.

*Stanislaus Sobek de Sulejów*

*Alberto in Prussia duci*

*refert reginam Galliae [Eleonoram] ad imperatorem [Carolus V] cum proposito permanendi venisse.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

...Illustrissime Princeps, nichil novi istis temporibus in aula Cesaree Maiestatis est, quod Tue Illustrissime Celsitudini scribere debeam, tantum quod Regina Francie,<sup>1)</sup> suror<sup>2)</sup> Cesaree Maiestatis, Brisellam<sup>2)</sup> ad Cesaream Maiestatem venit. Et hoc opinantur omnes, quod apud Cesaream Maiestatem in Ducatu Brabandie,<sup>2)</sup> quamdiu vixerit, permanebit. Id idem eciam Ducem, filium Cesaree Maiestatis,<sup>2)</sup> opinantur elapso mense venturum esse, quam ob rem, nobis palam non est. Ac tamen si quid novi in curia Cesaree Maiestatis agetur, Vestre Illustrissime Celsitudini notum facere debeam. Sum in aula Illustrissimimi Principis de Peamonte,<sup>3)</sup> quem habeo michi gracioussimum Dominum. Volente Deo, quod ita michi in longiora tempora fortuna adiutura esse vellet, ego, tanquam umillimus

servitor Tue Illustrissime Celsitudinis, peto, ut Tua Illustrissima Celsitudo michi, servitori suo, per literas suas inservire iubeat et de Tue Illustrissime Celsitudinis valetudine et prosperitate palam faciat, quoniam michi nichil graciosius efici potest, cum de Tue Illustrissime Celsitudinis prospera valetudine audio. Id idem Tue Illustrissime Celsitudini me in tutelam commendo, precor, quod Tua Illustrissima Celsitudo semper veli michi esse clementissimus Dominus, tanquam Tua Illustrissima Celsitudo a mea iuventute incepit... Datum Brusellis, 13 die Februarii, anno 1549.

Tue Illustrissime Celsitudinis  
Stanislaus Sobek de Suleuf  
humilimus servitor.

z) sic in ms.

1) Eleonora.

2) Philippus.

3) Emanuel Filibertus Sabaudus.

N. 1151.

Wiśnicz, 15.II.1549.

*Petrus Kmita, palatinus Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
pro Martino Jartucki, avunculo servitoris sui Ioannis Smieciński, ducis  
autem subdito, qui de quodam praefecto ducis conqueritur, quod  
eius subditos cogat ad labores quosdam insolitos.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1152.

Vilnae, 22.II.1549.

*Stanislaus Kieżgajło, comes in Kroże,  
Alberto in Prussia duci  
queritur de quodam cive Regiomontano, impostore, qui se in domum  
suam, non invitatus, praesente etiam Gregorio Chodkiewicz, capitaneo  
Caunensi, insinuavit et ita importune se gessit, ut tempore cenae  
adolescentem quendam, concivem suum, letali vulnere affecerit; ro-  
gat, ut nebulo is rite puniatur, et infelici matri, cuius filium necavit,  
iustitia administretur.*

*Vest. sigilli.*

*(Adest versio germanica)*

*H B A, B 2, K.377.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*Tametsi existimem, Illustrissime Princeps, hactenus non esse incogni-  
tum Vestrae Illustrissimae Dominationi, quid hic in oppido Sacrae Regiae  
Maiestatis, Domini nostri clementissimi, Cownensi, me et affine meo, Ma-*

gnifico Domino Gregorio Chothkiewicz, Succamerario Maiestatis Suae et oppidi istius Capitaneo, praesente, acciderit, tamen quum et meae dignitatis rationes in eo maxime versantur, non abs re duxi id quoque meis litteris Illustrissimae Dominationi Vestrae, Domino meo clementissimo, significare.

Contigit me paucis ante diebus ad hoc ipsum oppidum Cowno ex quadam possessione mea propinqua divertere, ubi quidem per Dominum Capitaneum per aliquot dies fueram grate exceptus. Quem etiam ego quadam die et cum eo quosdam ex primoribus oppidi ad aedes meas, ut mecum cenaret, invitavi. Eodem tempore supervenit quidam civis Regiomontanus, antehac michi omnino ignotus, ideo etiam non invitatus. Quem ego, uti subditum Illustrissimae Dominationis Vestrae, quam ego omnibus meis servitiis colere ac venerari consuevi, et honore affeci et loco inter convivas precipuo dignatus sum, eo quod nesciebam eum esse tam importunum et seditiosum. Sed ille in multum temulentiae proventus, nullum honesti respectum nullamque rationem aedium et benevolentiae meae, quam illi exhibui, atque adeo personarum amborum nostrum, Sacrae Regiae Maiestatis officialium, habens, tanta insolentia usus est in gestu et sermone, ut contemptum nostri facile praesferret. Ob quod etiam concivem suum, etiam Illustrissimae Dominationis Vestrae subditum, hominem pacificum, eum, ut se coram nobis honestius gereret, amice monentem, convitio primum lacessitum ita atroci vulnere dolo malo afflixit, ut postridie vivere desierit.

Quo quidem scelere perpetrato, antequam nos, qui inter nos aversa ab eis parte sedentes de nonnullis conferebamus, quid factum sit, animadvertere potuimus, inde elapsus fuga sibi consuluit, ita ut apprehendi minime tunc potuerit. Doleo ego quidem casum huius interempti adolescentis, sed tamen tanto magis iniquius michi ferendum est, quod in aedibus meis spretaque dignitate et persona utriusque nostrum, in medio nostri, plane ob oculos factum sit.

Quod quidem scelus quale sit, ipsa Illustrissima Dominatio Vestra, tanquam Princeps sapientissimus, aestimare facile potest. Quam quidem summopere precor, uti Dominum erga me et totam familiam meam clementissimum, efficere dignetur, ut ea in re auctoritas Illustrissimae Dominationis Vestrae dignitati meae et etiam huic foeminae, subditae suae, quae unicum filium scelere alterius amisit, adiumento sit neque patiatur, ut hec res eidem malefactori publicaeque pacis perturbatori impune cedat. Quod fiet, si Illustrissima Dominatio Vestra de eo iustitiam feminae huic, ubicunque in ditionibus illius preventus fuerit, omnibus Praefectis administrare preceperit. Quod ut fiat, Vestram Illustrissimam Dominationem, Principem meum clementissimum, iterum atque iterum precor... Datum Vilna, XXII Februarii 1549.

a) Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae  
servitor minimus  
Stanislaus Kiesgal Comes in Croze etc.  
manu sua subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*



N. 1153.

*Curoviae (Kurów), 25.II.1549.*

*Procopius Sieniawski, dapifer Leopoliensis,  
Alberto in Prussia duci  
pro munere, per filium nobilis Sobieski sibi misso, gratias agit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1154.

*Golczewo, 27.II.1549.*

*Andreas Sieprski de Golczewo, palatinus Ravensis,  
Alberto in Prussia duci  
exorat, ut dux filium suum [Felicem] in numerum servitorum suorum  
asciscere velit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1155.

*Łowicz, I.III.1549.*

*Nicolaus Dzierzgowski, archiepiscopus Gnesnensis,  
Alberto in Prussia duci  
Felicem Sieprski, filium Andreae Sieprski, palatini Ravensis, commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1156.

*Cracoviae, 3.III.1549.*

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R.P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
de oratore in negotiis ducis ad imperatorem [Carolus V] et regem  
Romanorum [Ferdinandum I] designato; de Ioanne Leśniewski vel  
eius nuntio brevi a cardinali Augustano [Ottone Truchsess] Cra-  
coviam venturo; de rege venationibus occupato.*

*Sigill.*

*(Adest versio germanica).*

*H B A, B 2, K.377.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*Cum Regia Maiestas cubicularium suum isthuc ad Illustrissimam  
Dominationem Vestram mitteret, non putavi mihi praetermittendum es-  
se, quin ego quoque ipsam pro studio meo literis meis officiose com-*

pellarem et salutarem. Cui omnia fausta letaque opto. Intra pauculos dies, in capite Quadragesimae, Orator Regiae Maiestatis, Reverendissimus Domini nominatus Chelmensis <sup>2)</sup> Episcopus,<sup>1)</sup> ad Caesaream et Regiam Romanorum Maiestates proficiscitur. Cui iniunctum est, ut ad instructiones priorum Legatorum, cum aliorum, tum Magnifici Domini Palatini Siradiensis,<sup>2)</sup> legationem suam accomodet, quatenus ad res Prussicas et sublationem banni imperialis attinet, quemadmodum ex adiuncta oratione <sup>\*)</sup> Illustrissima Dominatio Vestra cognoscat. Sensus vero hominum illorum pertentare atque pernoscere et ad eos, quoad poterit, legationem suam adiungere iussus est. In summa ut vel pecunia pacem terrarum Prussiae quietemque Illustrissimae Dominationis Vestrae redimendam curet, sed ut videat tamen etiam atque etiam, si forte pactis honestis rem conficere possit atque componere et bellum avertere. Quas ad res si quibus rationibus aut literarum monumentis Illustrissima Dominatio Vestra adiuventum afferre potest, mittat huc primo quoque tempore. Libenter enim Regia Maiestas consiliis Dominationis Vestrae utetur, praesertim in ea re, quae ad ditionem eius pacandam pertinet.

Novi hic nunc nihil est, nisi Caesareae Maiestatis filius <sup>3)</sup> iam venit in Germaniam, quod Caesarea vero Maiestas adhuc in inferiore Germania esse dicitur. Quod tamen melius Illustrissimae Dominationi Vestrae exploratum esse debet.

A Reverendissimo Domino Cardinali Augustano <sup>4)</sup> nihil aliud hic adhuc habemus, quam id, quod etiam Reginali Maiestati scripsit. Michi vero scribit Liesniowski expectari Illustrissimum Dominum Marchionem Albertum, filium fratris Illustrissimae Dominationis Vestrae, vel ipsum vel Nuntium eius, et brevi se vel quempiam alium a Reverendissimo Domino Cardinali huc esse venturum et certi aliquid de Illustrissimae Dominationis Vestrae et Illustrissimi Domini Alberti Iunioris Marchionis negotiis allaturum. Quale autem id futurum sit, non possum conicere. Sed bene tamen sperandum est. Quidquid erit, intelliget Illustrissima Dominatio Vestra.

Regia Maiestas abest hinc complures iam dies, venationibus vacans Niepolomiciae. Ego interim hic conquiesco. Si qua vero re commodis et honori Illustrissimae Dominationis Vestrae inservire possim, sane ac lubens id fecero, modo ut intelligam. Plurimi enim facio Illustrissimam Dominationem Vestram... Instructio sive oratio ista ne in manus cuiusquam veniat, provideat Illustrissima Dominatio Vestra etiam atque etiam. Cracoviae, IIIa Marcii, anno Domini MDXLIX.

a) Vestre Illustrissime Dominationis  
servitor et capellanus  
Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniae  
Cancellarius.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

z) sic in ms.

1) Stanislaus Hostius, ep. Culmensis.

2) Stanislaus Laski.

3) Philippus.

4) Otto Truchsess.

\*) deest.

Cracoviae, 18.III.1549.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*de adventu Assueri Brandt; de Stanislai Hosii Pragae missione; de oratore regis Romanorum et de eius postulatis; de Comitibus Imperii; de litteris a rege per provincias missis; de futura coronatione; de reginae Bonae itineribus; de negotiis procerum in Lithuania.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

*Illustrissime Princeps, etc.*

Accepi litteras Illustrissimae Dominacionis Vestrae, in quibus non mediocrem eius clemenciam agnosco et amplector. Quam ego semper Illustrissimae Dominacioni Vestrae promereri sedulo curabo.

Adventum huc Assueri Brant antevertit Secretarius Gedanensium, cum novis (ex veteri Caesariana practica) rebus. Quas iam ad Illustrissimam Vestram Dominacionem perlatas esse accepi. Nostri nihilominus solita securitate, ne dicam ignavia, per Doctorem Hosium (qui hiis aliquid diebus, una cum Friczio,<sup>1)</sup> versus Pragae propter Regem Romanorum, deinde Bruxellas ad Caesarem, hinc iter ingredietur) omnia haec bene absolvi posse non dubitant. Quod ut foeliciter contingat, Deus insolita devocione praecandus esset, sed cavendum vetus proverbium. Ignavis fortuna resistit, immo, ut dicit Salomon, et Deus ipse.

Decima huius mensis habuit Brant audienciam, responsum ad Calendas Graecas volent dare. Credo illos, mox ubi Brant venisset, unum ad Cardinalem Augustanum<sup>2)</sup> extrusisse. Hunc ut expectet, conabuntur, quamquam nullam eius rei mencionem hactenus facerint. Qua in re omnia cum Assuero communicavi. Ego porro in hoc negotio idem sentio, quod in primis motibus dixi et postea sepius scripsi. Est etiam Germanicum proverbium: Kein antwort ist auch antwort.

Affirmare non est meum, sed iam sepe et fideliter monui in elusionem temporis tantum haec consilia fieri. Id an nostrarum rerum causa vel in alicuius gratiam agatur, nescio. Multifariam enim haec practica extenditur. Nec dubito, quin aliquid pro parte Illustrissimi Domini nepotis Vestrae Illustrissimae Dominacionis<sup>3)</sup> cudatur. Utinam Deus praeter meam opinionem in hac re agere dignetur! Ego plus non possum, nisi me periculose detegere velim. Prudenciam ergo Illustrissimae Dominacionis Vestrae, maximo rerum usu confirmatam, apello.

Quod autem Vestra Illustrissima Dominacio scribit non abs re fuisse consilium meum sequi, sed veritatem, ne inconveniens aliquid, quod ein unglimpff vocat, incideret, prudentis quidem et boni viri est, Illustrissime Princeps, inconveniens non committere, at expectare et pati, ut nos<sup>2)</sup> committatur, est creduli et nimis boni viri. Perdifficilia vero scripsit, sentiens eundem errorem esse omnibus credere et nemini.

Cum Regia Maiestate aliquociens in hac re colloquium tentavi, sed lubrice procedit, aut nihil ad rem aut prorsus nihil respondet, aut aliud quidpiam iniicit. Cum Episcopo<sup>4)</sup> hoc ego tentare non possum commode, incommode nolo. Videtur enim suspicari me eiusdem quasdam artes suspectas habere.

Castellanus Cracoviensis Tarnowski, cum quo non inepte potuisset tractari, abest. Expectabatur ille quottidie ob regales terminos, ut vocant, qui hodie incipiunt, sed podagra in Sędomirz laborans, nescitur si veniet.

Item venit huc nuper Regis Romanorum Orator, Langus,<sup>5)</sup> qui 15 huius in publica audiencia hec 4 proposuit, factis ceremoniarum verbis, summam amicitiam spirantibus:

Ut iter in Slesiam prohibitum pateat.

Item ut moneta eorum et nostra ad eundem valorem redigatur, videlicet ut aut inferiorem faciamus, aut illi meliorem.

Item ut 4 Commissarii Iudices Glogoviam mittantur, qui limites et alias controversias cognoscant.

Item ut Commendator Domus Sancti Ioannis Posnaniae, qui est Węgorzewski, prefectus satellitum Regiae Maiestatis post illum parvum Brozowiecz<sup>6)</sup> nuper factus, respondeat et pendat ad Strakonicze in Bohemiam id, quod ad Rodum, antequam a Turca caperetur, pendebatur, ni fallor, 20 aut 16 ducati. Sed hoc eciam cum Assuero communicavi.

Langus iste dicit se accepisse a Praga Regem Philippum, filium Caesaris, Augustae Dionisia sive Bachanalia habuisse.

Item michi ex Bruxella mense superiori scriptum est Comicia Imperii Noremberge aut Erfordie futura. Ego vero credo nihil de loco conclusum iri, donec filius ad patrem perveniat. Ubi si quid Gallicorum negotiorum tractandum erit, futura Comicia in aliqua urbe ad Renum sita. Erfordia quidem maritimis Principibus et urbibus Regnoque Danie, de quibus omnibus practicas pre manibus esse audio, commoda loco esset.

In rebus nostris publicis et aulicis nihil est immutatum, pristinis offensionibus et dissensionibus durantibus, nisi quod nuper ex regia Cancellaria terne littere per provincias sunt publicate: nempe recessus sive gesta Petricoviensia, item mandata, ut iudicia particularia ubique celebrentur, item littere restium, binarum vim habentes, provocatoriae scilicet ad bellum generale. Quod quidem isti omnes, qui pro re et honestate publica stabant, appellare, alii vero vereri visi sunt. Nunc utraque pars timeri volens, et si non sperat concionem talem futuram, tamen altera alteri eadem re timorem aut saltem verecundiam vult incutere. Sed nihil est, dum nos ita inter nos verbis tumultuamur. Nobilitas enim Regni, cum parte Senatus, non habet in potestate, ut, quando velit, conveniat in unum. Rex vero, cum reliqua parte Senatus, non facile eos congregabit. Sed si hostis serius venturus sit, hoc opus, hic labor est. Animi enim omnium, in quibus summa resistendi consistit, sunt offensissimi. Nervus vero belli, nescimus ubi sit. Consilia nostra ex solis druidibus pendent, quorum caput est Numa Pompilius,<sup>9)</sup> nisi quod Dominum Craccoviensem admittunt, ut habeant Capitaneum, si quando ferro certandum esset, ad quod optimas causas quoque<sup>b)</sup> prebent.

De coronacione in Mayo futura quiddam<sup>2)</sup> susurrare incipiunt.

Regina Bona huc esse ventura dicebatur ad primam Aprilis aut ad dominicam Pasce, ut exequias annales marito persolvat. Nova<sup>7)</sup> vero ad Polancze, quae abhinc<sup>c)</sup> 14 miliaribus secedere debebat. Sed nunc tacetur, postquam omnes eius in arce habitaciones, quas ipsa voluntate, ut dicunt, Regis, Warszaviam discedens, occluserat atque suo cuidam servandas dederat claves, securibus et vi aperte et efracte sunt (cum ille claves dare nollet, ut dicebat, prohibitus), atque in illas habitaciones Regina introducta. Ad cuius sororis<sup>8)</sup> nupcias cum Petro Kiszka

nomine Regis servitor Illustrissimae Vestrae Dominacionis, Gabriel Tarlo, profectus est Vilnam. Plura nunc non possum scribere, nam iste, qui has perfert, a tribus horis discessit, oportet ad Miechow illum insequi. Hoc tamen addam, Illustrissime Princeps. Sum admonitus (nec vane) esse quosdam sive ebrios sive, nulla habita preter meam rusticitatem causa, malevolos, qui me incognito apud Vestram Illustrissimam Dominacionem sepius detulerunt, quasi non satis syncere et fideliter cum ea agerem, et nescio quid aliud sinistre interpretati sunt in me. Qui, etsi se dignum responsum meruissent, nisi forte errore aliquo id faciant, tamen ego nihil aliud respondeo, quam quod nulla unquam arte et astu usus sum in assequenda, nec utor in retinenda gracia Illustrissimae Dominacionis Vestrae. Nec ambio per fautores et alios aulicos modos, ut me pluris vendam quam sum. Quod quidem totum ego Tuae Illustrissimae Dominacioni iudicandum committo. Certe quod ad meam de me ipso censuram attinet, verebar semper multo magis, ne nimis syncere et libere cum Illustrissima Dominacione Vestra egissem, quam sinistre aut astute. Sed isti Cattones Censorii, credo incognita causa loquuti sunt, propterea illis ignoscendum censeo.

Quod autem Vestra Illustrissima Dominacio scribit iubens, ut ei sepius scriberem, hoc ego semper ex animo facturus sum, sed pauci occurrentes. Non existimo autem cuivis credendas esse litteras et hic Vestram Illustrissimam Dominacionem rogo, ne quis legat id, quod ego scribere soleo. Nam si sunt et ibi homines mihi malevoli, facile habebunt causam ex meis scriptis nocendi mihi. Cetera, si quid erit, per Assuerum scribam... Cracoviae, 18 Marcii, 1549.

Stanislaus Boianowski.

- a) sequitur depicta mitra episcopalis.  
 b) indistincte scriptum: quottdie?  
 c) sequitur expunctum: dico.  
 z) sic in ms.  
 1) Andreas Frycz Modrzewski.  
 2) Otto Truchsess.

- 3) Albertus iunior (Alcibiades).  
 4) Samuel Maciejowski.  
 5) Ioannes Lang.  
 6) Iacobus Brozowtec.  
 7) Barbara.  
 8) Anna.

N. 1158.

Cracoviae, 28.III.1549.

Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
 Alberto in Prussia duci  
 de negotio matrimonii ducis cum sorore regis in consilio regio disserte  
 refert; de legatis marchionis Brandenburgensis.

Sigill. Autogr.

H B A, B 2, K.377.

...Illustrissime Princeps.

Ante dies circiter 10 scripsi Vestrae Illustrissimae Dominacioni id, quod rei et temporis occasio tulit. Nunc non parvi momenti rem, cercius quam antehac, scribam. Proximo die lunae, hoc est 25 huius mensis, convocavit Regia Maiestas Consiliarios, qui in aula quotidiani sunt. Ibi Episcopus Craccoviensis<sup>1)</sup> proposuit, ut consulant de modo absolvendo-

rum Oratorum Regis Ferdinandi, Electoris Brandenburgensis,<sup>a) 2)</sup> item Ducis Prussie et Locumtenentis Opoliensis.

Cum ad Oratorem Illustrissimae Dominacionis Vestrae ventum esset, cepit Episcopus, ut solet, primus sententiam dicere. Quid opus est multis? Postquam tot impedimenta obstant, renunciandum esse censeo Duci Prussie, quod Sua Maiestas nequaquam potest (etsi hoc ex animo cuperet) sororem illi suam in matrimonium dare. Papa<sup>3)</sup> enim non aliter vult (comonstravitque Cromerum Doctorem stantem, quasi testem) vinculum consanguineitatis solvere, nisi ut in toto religionem Romanam recipiat et illam Ecclesiam agnoscat, et ut ablata restituat et cetera. Sed nescio, quid per et cetera intellexit. Credo, ut Dux Prussiae sanctum poticum osculetur. Porro Imperatorie Maiestatis consensum requiri, cuius arbitrio rex mortuus filias suas elocandas detulit. Certum est autem Cesarem non esse assensurum. Quod et ipse Dux Prussie se credere dicit. Res preterea nostre hoc requirunt, ut talem affinitatem non nisi apud gratos Imperatori queramus. Mirum est etiam Ducem Prussiae dicere promissam sibi esse sororem Regiae Maiestatis. Nec interrogatus, quisnam hoc illi promiserit, aliud respondit, quam: qui nasum habet, potest hoc olfacere.

Et cum finem dicendi fecisset, postquam, aliis in eundem sensum dicentibus, res in longum trahi visa est, iniecit verba Regiae Maiestas, non expectatis reliquorum sententiis. Audite, inquit, ego etiam volebam a Duce Prussiae scire, quisnam illi sororem meam promisisset, et an ego vel quispiam alius hoc fecerit, ut diceret. Sed noluit dicere. Non est autem opus festinare, maneat adhuc parumper eius Legatus. Habeo enim ego duos Nuncios cum litteris in hoc negotio missos, quos, vel saltem unum, brevi expecto.

Ex hoc potest Illustrissima Dominatio Vestra iudicare, quisnam finis eius negotii (de quo ego sepe et affirmative scripsi) sit expectandus. Et ut nunc quoque meam sententiam dicam, censerem, ut quam citissime Illustrissima Vestra Dominatio Asuero scribat, ut responsum urgeat (quamquam nihil obmittit iamque magis instabit, postquam illi hoc, quod hic scripsi, aperui). Vestra Illustrissima Dominatio interea curabit primo, ut probam et se dignam, complexionis femineae, nempe mollis, non nimis iuvenem, sed multo minus senem (Terencius 16 annos florem vocat), nec colerice complexionis sibi adiungat, nostrorum phinanciis honeste excussis. Quibus ignoscendum ob hoc censeo, quia nesciunt, quid faciunt. Credunt Marchionem Albertum apud Imperatorem magni fieri. Utinam non fallantur, ego diversum dicere nolo. Volunt eum aliorum opibus (quibus retia tendunt) ditescere, ut eum habilem sibi efficiant. Sed nescio, an satis perspexerint tantam practicam, que multiplex est. In aula Regis Romanorum diversum occulte tractari credo. Nostri vero omnibus illorum practicis deferunt, et sepe non intellectis. Quid dicerem? Credo stultos esse, qui timent non timenda, sed illos insanos, qui timorem suum palam detegunt.

Heri Romanorum Regis Oratori<sup>4)</sup> datum est responsum: omnia, que postulavit, Regiam Maiestatem esse facturam.

Electoris Brandenburgensis Legati, Krumsee et Kanitz, post solita verba ceremoniarum petiverunt, ut suo Domino ignoscatur, quod tam diu Suam Maiestatem non inviserit. Magnis et seriis a Caesarea Maiestate negociis occupatissimus, et quod nunc postremo a Caesare acceptit, illud privatim Sue Maiestati dicere iussit. Mox deinde privatim auditi sunt.

Nescio, quid locuti. Hoc inter cetera publice dicebant: Dominum suum ex animo dolere, quod Sue Maiestati nescio quod parvum infortunium (eine ein klein unglückig vocarunt) contigisset, obtuleruntque paratissimum esse suum Dominum, cum omnibus suis hominibus et substantia, eciam sanguine suo Sue Maiestati auxiliari velle. Sed nescio, quod infortunium intelligant, si non hos in Republica tumultus aut matrimonium regium. Knobelsdorff,<sup>5)</sup> Locumtenens Georgii Friderici Marchionis etc., petivit et protestatus est de sua diligencia, ne quid iuri sui pupilli derogetur, aut ne quis illi anteponatur etc. Id credo ad Conventum reiciendum fore. Cetera nunc non sunt tanti momenti, ut scribantur. Per Asuerum, si quid erit, Illustrissima Vestra Dominacio sciet.

Res nostrae nihil in melius mutantur. Nobilitas fremit per omnes provincias. Quod nos, ut rem nihili, contemnimus. Valeat Illustrissima Vestra Dominacio foelicissime et mihi, si quid liberius supra scripsi, ignoscat, rogo. Insanire enim bono animo vix maius est peccatum, quam malo sapere. De profectione Regiae Maiestatis Posnaniam exindeque in Prussiam fit quidem sermo frequens, sed nihil est hactenus certi... Cracoviae, 28 Marcii, 1549.

Servitor Stanislaus Boianowski.

- a) verba: Electoris Brandeburgensis linea 3) Paulus III.  
subducta sunt. 4) Ioannes Lang.  
1) Samuel Maciejowski. 5) Fridericus.  
2) Ioachimus II.

N. 1159.

Calissiae, 12.IV.1549.

Venceslaus Zaremba de Kalinowa (in ms. Calinowa), castellanus Naklensis,

Alberto in Prussia duci

filiium suum regi Galliae [Henrico II] mittere cupiens, petit, ut eum dux a se (ubi studiorum causa commoratus erat) remittere velit; Ioannem Seclucianum mittit, cui plura se duci referenda commisisse nuntiat.  
Sigill.

H B A, B 2, K.377.

N. 1160.

Cracoviae, 19.IV.1549.

Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,

Alberto in Prussia duci

de villae emptione; de regina Bona et de negotio matrimonii ducis cum una ex sororibus regis Poloniae; de regina Barbara convalescente; de oratoribus regis Romanorum, electoris Brandenburgensis et aliis iam absolutis, sed Cracoviae immorantibus.

Sigill. Autogr.

H B A, B 2, K.377.

Illustrissime Princeps, etc.

Post meas postremas, quas Illustrissima Dominacio Vestra 8 huius accepit, habui binas Illustrissimae Vestrae Dominacionis litteras, quibus

inter cetera summam clemenciam gratumque meae simplicis fidei animum iterum agnosco et exosculor, videns, quod quanto ego rusticius ago, tanto Vestra Illustrissima Dominacio graciosius accipit, mihi que tantam clemenciam offert, que possit ex Cartusiano indiscretum, ne dicam impudentem, reddere, presertim cum proclive sit humane imbecillitati per omnes occasiones Principum liberalitate et beneficencia uti velle. Illudque eo magis fieri solet, si iuxta iter scandalum positum sit, quale nunc ego video. Dedit enim mihi Regia Maiestas consensum ad redimendam villam regalem, m. 700 marcis Polonicis impignoratam. Que ita meae possessioni adiacet, ne dicam imminet, sicut aures capiti. Quamquam autem non sum ambiciosus, et certe non sum, tamen illam eximere cupio. Nescio, an non minus propterea, ut habeam, quam ut ex ea possessor auferatur, qui me et meos stringere et premere vult, et posset, si me antevertet. Est autem ille Palatinus Callisiensis,<sup>1)</sup> ex opposito Toruniae Capitaneus. Qui etsi minus quam ego iuris ad hoc habeat, tamen ille assequetur, si 6 menses aut 7 preterire sinam, fatalia, nostri vocant, Germani: fristh und ich was nichth, wo das gelt ist. Hic mediocriter prudens ex precedentibus facile consequenciam possit deprehendere. Sed ego memor priorum, dico: discrecio, Polone, eciam si te vicinus comprimat, sicut accipiter gallinam, tamen ita, ne Illustrissimus Dominus Dux Prusie tam dulcem cantilenam sepius canat. Alioquin discrecio periclitabitur, immo iam claudicat, ubi res nostrae prius tractantur, que novissimo loco aut nullo curari debebant. Sed communis est error iste atque vulgaris, presertim in hanc partem.

Negocium Illustrissimae Vestrae Dominacionis habet, ut supra. Trahunt, protrahunt, quantum possunt. Laudo autem ego et laetor, quod iam tandem Illustrissima Dominacio Vestra tam diligenter urgere cepit. Iamque nos subpudere et penitere nescio quid videmur. Si scivissemus, inquirunt, rem tam late et profunde pervagaturam fuisse, nunquam illam eo reiecissemus. Sed postquam sit factum, necessario tempori serviendum esse. Iamque hec marter wuche<sup>2)</sup> honestum colorem aliquantulum adhuc protrahendi induit. Ad tertium diem Paschatis iterum reiciunt, sed semper cum solenni asseveracione se quotidie, immo horatim, bonum nuntium expectare et Deum praecari, ut<sup>a)</sup> id secundum voluntatem Illustrissimae Dominacionis Vestrae cedat: Nos nihil magis quam hoc cupere, wie dy reutter zum schwancz sehen. Sunt qui dicunt (quod ex Petrikovia eciam scripseram): cessissent in hoc negotio omnia bene Principi, si se ad partes Reginae Bonae non dedisset. Sed non est verum. Alie cause sunt, quas Illustrissima Vestra Dominacio in instructione secunda, huc ad Assuerum missa, ex parte attigit. Sunt enim suspicaces isti, qui in puppi sedent proramque aut ipsam sentinam metuunt, et merito, si quando Deus secundum opera mundum tractabit. Porro ego credo, quod Brant nullum aliud responsum reportabit, quam quod supra: expecta videlicet. Sed non expectabit.

Quod autem Illustrissima Vestra Dominacio scribit de 16 aut 17 annis, Terencius florem ipsum vocat. Voluntatem vero talem Illustrissimae Dominacionis Vestrae et illius probitatem mihi descriptam Dominus Deus noster benedicat, promoveat et augeat ad gloriam suam sanctam et honestam utriusque voluptatem et consolacionem salutarem.

Item Regina Bona instituerat iter per aquam Gedanum versus atque in crastino conductus Pasche solvere volebat, sed prohibita, ne filias secum acciperet, domi, ut puto, manebit. Interea hic fama increbuit voluis-



se Reginam Duci Prussie filiam, citra voluntatem Regis, in matrimonium dare.

Item Regina nostra nova istos aliquod dies ex calculo male habuit. Sed iam, quod Deus misereatur, convalescit.

Item Regis Romanorum Orator<sup>2)</sup> hactenus hic heret. Dumque hic post expeditionem vel absolucionem immoratur, edictum est per pre-conem Wratislaviae, nomine Caesareae et Regiae Sanctitatis,<sup>2)</sup> ne quis ex Polonia Norembergam eat, nisi per Wratislaviam, sub amissione omnium mercium. Nos libertatem itineris in Slesiam promisimus. Item de moneta nos quoque faciles futuros obtulimus, sed ad Conventum reiecimus, ubi tanquam ceci de coloribus disputabunt. Probe autem perspicit Illustrissima Dominacio Vestra in suis litteris tantum detrimentum istarum regionum ex ratione monete, si non bene consultetur. Ego illum locum descripsi et volo per occasionem Regiae Maiestati legere. Item Electoris Brandenburgensis sunt diu absoluti,<sup>3)</sup> sed tamen hic unus ex illis heret, nescio quid expectans. Descripseram illa, que publice dicebant. Que autem privatim, non video aliud, nisi ut unus ex hac secunda uxore filius pre omnibus in Prussia succedat, credo Michaelis Iudae consilio, qui honestis invencionibus plurimum valet, nihil. Item Fridericus Knoblochsdorff, Locumtenens et cetera, qui syncere et fidelissime, ut mihi videtur, ius pupilli et omnes eius cum dignitate commoditates tuetur, accepit responsum, ut nihil sit sollicitus. Nemo enim pupillo contra pacta anteponetur, nisi forte ex contractu et assensu eius. Misit autem huc denuo Schlichtingum ad me, querens et rogans, ut cum Regia Maiestate agerem, ut Sua Maiestas unum ex Consiliariis cum eo mittat ad Regem Romanorum pro 24 Iunii die, quem habet assignatum per multas dilaciones et continuaciones terminorum ex illa veteri causa, fidei obstructione. Quod quia ipse secretum apud me esse voluit, rogo, ut sit.

Item communium nobilium animi nondum quieverunt ex Petrikoviensi practica in rebus Regni. Credo, quod iudicia terrestria, ut vocant, que palatinatum fiunt, in nullo palatinatu sunt hactenus celebrata preter Craccoviensem. In aliquibus eciam mortui sunt iudicio pertinentes, alibi absunt peregre, in quibusdam nobiles ad iudicium convenientes prohibuerunt iudicare, expresse dicentes Regiam Maiestatem illegittime Regno preesse, prepostere iurisdicionem regalem fundasse etc. Quod in Siradiensi et nuper in Lublinensi palatinatibus est factum, eciam si eorum Palatini<sup>4)</sup> diversam partem sequantur et eis, ut maxime potuerunt, resistebant.

Sunt autem tales iudices per Regiam Maiestatem in ius<sup>5)</sup> vocati, ut reddant rationes, cur non iudicarunt, et si quis impedivit, ut eos nominarent. Quid postea sequetur, Deus novit. De coronacione rursus tacetur. De profectione Regiae Maiestatis Posnaniam aut Marienburgum in estate sermones fiunt. Quod quidem ego Illustrissimam Dominacionem Vestram melius scire credo.

Item Domino Castellano Posnaniensi<sup>5)</sup> pessime vult prima pars aulae, illumque et illius omnes per omnes occasiones persequuntur. Convenerat iterum nuper cum Illustrissimo Domino Ioanne Marchione Brandenburgensi. Cetera, si quid erit, per Asuerum... Craccoviae, 19 Aprilis, 1549.

Stanislaus Boianowski

a) *supra lineam.*

z) *sic in ms.*

1) *Petrus Służewski.*

2) *Ioannes Lang.*

3) *Krumsee et Kanitz, legati Ioachimi electoris.*

4) *Stanislaus Łaski et Andreas Tęczynski.*

5) *Andreas a Górka.*

N. 1161.

Posnaniae, 21.IV.1549.

*Andreas a Görka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci*

*publicis negotiis impeditus, non potest 28 Aprilis cum duce Riesenburgi  
convenire, ideoque conventum hunc ad diem 16 Maii reicere proponit.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1162.

Cracoviae, 25.IV.1549.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*de possibili mutatione et dilationibus in causa matrimonii ducis cum sorore  
regis; de aliis candidatis ad manum sororum regis; de dubia profes-  
sione reginae Bonae Gedanum versus et regis Posnaniam vel Marien-  
burgum etc.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.377.*

Illustrissime Princeps.

Ex litteris Gabrieli Tarlo et eciam Assueri Illustrissima Vestra Dominatio intelliget, quomodo occasio nove vel ulterioris more paretur. Quamquam autem et ego credo Regiam Maiestatem alioquin non male Illustrissimae Dominacioni Vestrae affectam esse, potest eciam fieri, ut et in hoc negotio animi nostri muttentur et rursus immuttentur (quod nobis iam pridem usuale est), tamen hoc negocium ego arte protrahi, ut ante, existimo. Quod vero nunc syncerius paulo vel placidius agere videntur, causa est, quod acceperunt Episcopum illum Salczburgensem,<sup>1)</sup> Bavariae, et illos Brunswiczenses Duces moras nectere fereque modos elabendi querere. Bavariae enim dicit se non facile id facere posse, nisi prius possessiones se dignas comparaverit, et cetera quedam, que non intelligo. Brunswiczensis autem Dux Henricus dicit se non posse filium iuniorem seniori<sup>2)</sup> praeponere, sine Caesaris et Ordinum Imperii consensu. 2. causa, quod credunt Doctorem Hosium omnes amphilogias omniaque impedimenta in planum, in motu oculi, sua presencia esse mutaturum atque ex nigris alba, sive funiculum ex harena, facturum. Utinam vero id contingat pace et bono omnium nostrum. Iam quod ad hanc moram attinet, nihil aliud possum dicere, ne alcius, quam par est, volare videar, nisi quod hec ex causis suprascriptis et ex aliis Vestrae Illustrissimae Dominacioni iudicandum permitto. Feci enim, quantum potui.

Negocia Illustrissimi Principis Marchionis Alberti affirmant aliqui apud nos bene habere, aliqui vero dicunt more militis ita gloriari. Ego neutrum scio affirmare.<sup>3)</sup>

Langus hic hactenus heret, Regis Ferdinandi Orator.

Item nos iam eluximus idque tam repente et celeriter, ut mox ex nigro albiissimi a planta pedis usque verticem capitis aparuerimus. Secundum quidem Romanum calendarium annus legalis a prima ad primam Aprilis numeratur. At rustici a primo die Paschatis hora 13 computant ad aliam eiusdem diem et horam. Nos vero duabus horis antevertimus, videlicet ut palam fiat nos annum integrum potuisse simulare, duas horas non potuisse,<sup>b)</sup> nam 11 hora Paschatis excussimus iugum.<sup>c)</sup>

Item quod prioribus scripsi de profectione Reginae Bonae Gedanum versus, id idem nunc sencio non esse ituram, nisi aliquid preter nostram opinionem contingat.

Item diaria cruda (ut nostri vocant) omnibus aule officialibus sunt adempta, que ita numerata peccunia solvuntur: qui ad 8 personas diaria habuerunt, illis ad hebdomadam 10 floreni dantur, videlicet ad 7 personas 7 floreni, ad octavam Domini 3. Item cocis et aurigis 40 grossi, etiam de illis quinquannuatim certa peccunie summa datur. Nunc est consilium, de communibus aulicis, qui ad certum numerum equitum stipendium habent, silencium est. Sed ego a longe olfacio delectum inter illos futurum, illique inferiori parti aut Podolie, aut id genus molestia, eiusdem servitium odiosum faciet.

Item dubitamus ab aliquod mensibus, an Regia Maiestas Posnaniam itura esset hac estate, quod hactenus ignoramus. Rumor est tamen omnino aut Posnaniam aut Marienburgam nos profecturos esse ante hiemem. Cum aliis de causis, tum etiam quod certi Principes iura feudi acceptum veniant. Quod quia Illustrissimam Dominacionem Vestram cercius scire arbitror, eius rei noticiam ab ea expectabo. Quoniam autem intra 18 dies non revertar, perendie ad nuptias filii Domini Boneri<sup>3)</sup> in gratiam Domini Ostrorog<sup>4)</sup> (alias von Scharffenorth) iturus, si quid interim Illustrissima Vestra Dominacio mihi scribere dignabitur, ut hospiti Assueri Brant, Ioanni Wonsam, mittat, ut apud illum tuto inveniam, quamquam interea Assuerum vix abiturum confido.

Item quod hodie in Tusculano suo, ut vocat, Episcopus Cracoviensis<sup>5)</sup> dixit Assuero, preter cetera, de more ad precipuos Regni Consiliarios negotium matrimonii primo quoque tempore defferri debere. Credo hanc ad priores artes dilacionis pertinere. De moderno tamen affectu Regis in hac causa non audeo temere iudicare, qui hactenus sese tam varium prestitit, ut nihil certe et aposite de illius sententia possit pronuciari. Quare etsi in mea opinione priore semper sim, tamen, ut supra dixi, Illustrissimae Vestre Dominacionis maturo iudicio committo atque ita ad aliam occasionem, in 3bus aut 4 diebus futuram, si quid erit, reservo. Cum hiis Illustrissimae Vestrae Dominacioni omnia laeta praecor atque has non solum in Polonia, sed ubique gencium, varietates iudicandas committo. Cracoviae, 25 Aprilis, 1549.

Stanislaus Boianowski

a) sequuntur litterae: aa, et in alio folio littera subductum: aa. Vertatur folium et ignoscatur errori in festinacione.

b)-c) in margine.

1) Ernestus dux Bavariae.

2) filii Henrici Brunsvicensis erant: 1) Carolus Victor, 2) Philippus Magnus, 3) Iulius.

3) Severinus et filius eius Ioannes, qui a.1549 uxorem duxit Catharinam Tęczyńska.

4) Stanislaus, secretarius regius.

5) Samuel Maciejowski.

Cracoviae, 25.IV.1549.

*Christophorus Konarski  
Alberto in Prussia duci*

*de litteris a doctore Stanislao Hosio Praga acceptis; de electoris Mauriitii Paschatis tempore Pragae commoratione; transmittit exemplum litterarum Philippi landgravii Hassiae ad imperatorem; nuntiat de sperato Cracoviam adventu marsalci Lithuaniae cum fratribus, de Assuero Brandt nondum expedito.*

*Vest. sigilli.*

*(Annexum: epistola Philippi landgravii Hassiae ad Carolum V, 22.VI. 1548 de sua in rebus religionis oboedientia, cum schedula).*

*H B A, B 2, K.377.*

Durchlauchtiger etc.

Noch erbittunge meiner ganz gehorsamen und undertheniger dinsth fuge ich himitte E.F.D., meinem gnedigsten hern, undertheniglich wyssen, dass der herr von Culmensehe, doctor Hosius, dysse feurtage von Proge geschrieben, dass her von der ro. ko. mt. sehr humaniter sey exceptus und humanissime tractatur a regia maiestate et ab omnibus baronibus et consiliariis ipsius, ut nichil supra und daneben nur gar einen getreulichen schönen trosth von sych gegeben dem hern doctori Hosio. Omnia negotia, quecumque optaverit a caesarea maiestate nomine regis nostri, impetraturum. Multa confert cum domino Hosio in familiari colloquio de negotiis regis nostri. Und den ersten montagk noch conductus Pascae wyrth her ausszihen gegen Auschburgk zum hern cardinalem und da weyther zum keyser, den man sageth, noch zu Brussel zu sein.

Der churfursth Mauricius isth dy feurtage zu Proge gewesth bey dem konige, schreibeth aber nichts, wass her daselbesth gutts schaffen wyrth.

Hineben schike ich E.F.D. etliche schryfte zu vom landgroffen, dy der doctor Hosius habe hyher geschrieben von Proge. E.F.D. magk<sup>a)</sup> dem glauben geben aber nicht, ab ess also geschen ist. Quod non est credibile, ut mihi videtur, et est fictum argumentum.

Alhy beyn unss isth nichts neues, dass E.F.D. nottigk zu wyssen were, allein, dass der her littescher marschalk<sup>1)</sup> sampth den anderen seinen bruderen ungefer in vier wochen sollen hiher ankomen mith zwen hunderth pferden sehr schon gerusth.

Die gemeine rede ist bey den leuten, dass dy kronunge der itzigen konigen<sup>2)</sup> soll forthgehn, wiwoll den hern retthen,<sup>b)</sup> dy absentes sein,<sup>b)</sup> hoth man nichts angezegeth etc.

Asuerus Brandt wer gern abgefertigeth, aber wy ich mich lasse duncken, dass dy ursache ist seines uffhaltens, dass man sych alle tage vormuth des Lyessnyowsky, des hern cardinalem diners, ankoffth. Den man saget, dass her bereidth zu Proge sey etc... Datum Crokaw, eylende, XXV Aprilis anno 1549.

E. F. D.  
gehorsamer und undertheniger diner  
Chris[toff] Konarsky

a) sequitur verbum expunctum.

b)-b) in margine.

1) Nicolaus Radziwiłł « Niger ».

2) Barbara.

*Annexum: Epistola Philippi landgravii Hassiae ad Carolum V, 22.VI.1548, de sua in rebus religionis oboedientia.*

Allerdurchleuchtigster etc.

Es hatt mir mein weyb angezeygt Eur Kay. Mat. gnedige antwort. Hab darauf ir bevolhen, das sye in allen artickeln der capitulation, di noch nit ausgericht wehren, furderlich und eylendt di neben meinen raten volfurn lassen.

Und wie ich von ir vorstanden, so haben ir meine raett angezeygt, das sye mit prechung der bruestungen, wie es Eur Kay. Mat. commissarien angeben, ganz in kurzer zeyt fertig sein wollen.

Sie hatt mir auch angezeygt, das ir meine raetht geschriben, das sye di pundts abschidt Eur Kay. Mat. oder den beyden churfursten zugeschickt, wie ich nun hoffe, das Eur Kay. Mat. die bekommen haben.

Ich habe ir auch bevolhen, das sye neben meinen ratten mit allen clagenden parteyen, die des vorgangnen zugs mich anzufodern vormeynen, sich von meinewegen mit ihnen vortragen, auch sye zufride stellen sollen.

Wo aber sye so ganz beschwerlich und unleydenlich sich erzeigen und nicht contentiren lassen wolten, so will ich Eur Kay. Mat. oder irer commissarien weysung leyden.

Das zeyge ich Eur Kay. Mat. darumb an, das Eur Kay. Mat. genzlich befinden, das an der capitulation in allem an mir kein mangel sein soll, sonder das ich die treulich leysten und halten will.

Ich habe auch, allergnedigster herr und kayser, das Interim, das Eur Kay. Mat. auf heymbstellung der chur und fursten und anderer stende furgenommen, wie es auf das angefangen und bewilligt concilium gehalten werden soll, nhun etzlich mohl gelesen und befindt nach meinem geringen vorstandt, das es in den mehrern artickeln ganz cristlich ist. Es seindt woll etzliche artickel, die ich nit gnugsamb vorstehe, das ich sye aus gottlicher biblischer schrift bewehren konndte.

Si seindt aber so alt und vor vill hundert jaren bey den alten lerern, martern und cristen im brauch gewesen und von ihnen gehalten, wie ich das im Eusebio Cesariensis<sup>2)</sup> und in Inpartita und Ecclesiastica Historia und bey s. Johanne Crisostimo und anderen gelesen.

Derhalben ich meines haupts nit sein will und mich weiser duncken, dan di alten lieben heyligen lerer und marterer, die ir blutt umb Christi, unsers seligmachers, willen vorgossen haben und sonderlich dieweyl ich nicht zweyfel, das Eur Kay. Mat. solchs Interim aus hoher kayserlicher vornumft, von Gott gehapt und mit ratt weyser gottseliger leut furgenommen haben. Will darumb Eur Kay. Mat. zu gehorsamb und underthenigkeit solchs Interim annehmen bewilligen und mit fleys und ernst in meinem landt es halten lassen und, so mir Eur Kay. Mat. gnediglich heymb erlauben, daruber halten.

Eur Kay. Mat. sollen sich auch zu mir vorsehen, das ich Eur Kay. Mat. und romischer koniglicher majestet und irer erben partey und in irer hilf gegen alle auswendige potentaten, die Eur Kay. Mat. zuwider sein wollen, es sey bapst, Turck, Franckreich, Poln, Denmarck, Schweden, Engellandt, Schweytzer, oder wer di sein mogen, sein will.

Und womit ich Eur Kay. Mat., auch romischer koniglicher mat. sohne und erben erhothen helfen und furdern kan und magk, das ich doryn keinen fleys sparen will.

Ich will auch Eur Kay. Mat. partey und in irer hulf sein gegen alle,

die in Teutschlandt, nyemandts ausgescheiden, die Eur Kay. Mat. zuwider und ungehorsamb sein wollen.

Ich bitt aber Eur Kay. Mat. umb Gott des Allmechtigen, auch der Mutter Gottes,<sup>a)</sup> aller engel und heyligen willen, Eur Kay. Mat. wolle mir gnediglich alles das vorgeben, damit ich Eur Kay. Mat. zuwider gewesen oder sye erzurnet hette, und solchs nit allein als ein milter und gnediger kayser, dem solchs vom geblut Osterreich angeborn und gegen andern sich vilmols erzeygt, sonder als ein cristlicher kayser und vater mir vorgeben, wie Eur Kay. Mat. von Gott vorgebung begern und vorhoffen.

Und wolle auch gnedigst erwegen und ansehen, das ich dannest ein harte buss getragen, am nechst vergangen dinstag ein ganz jar in Eur Kay. Mat. custodien gewesen. Auch Eur Kay. Mat. und dem herrn von Beurn, Eur Kay. Mat. obristen im Niederlandt, mehr als zweymall hunderttausendt gulden durch mich und meine underthanen geben lassen.

Habe auch Eur Kay. Mat. an geschutz und munition uberreichen lassen, das mich mehr dan zweymoll hunderttausendt gulden costet.

Die bevestungen, die ich habe noch inhalt der capitulation brechen lassen, haben mich mehr dann dreymoll hunderttausendt gulden costet zu bawen und bin warlich in solchem unratt und vorderben, das ich und meine kinder es schwerlich in vill jarn vorwinden werden.

Hoffe Eur Kay. Mat. werde veterlich ermessen, das ich nhun ein harte und schwere buss unmb meine vorwirckung getragen und mir also gnedig und barmherzig sein aus kayserlichem und veterlichem gemutt, mich aufs furderlichste gnediglich aus diser custodien erledigen und mein gnediger herre und kayser sein und mich zu Eur Kay. Mat. allergnedigst erfordern. So will ich abgelmelte meine erpitten Eur Kay. Mat. gnugsamblich mit briven und meinem insigil vorsichern, ob auch Eur Kay. Mat. enzichen zweyfel hetten, das ich den artickln, die in der capitulation vorleybt, nicht gnug thun werde, so will ich mich verpflichten, das so ich an deme seumigk, das in der capitulation begriffen und noch nicht ausgericht were (da mich Gott vor behutte), das ich alsdan aller meiner landt und leut und gutt vorlustig sein will und in di acht damit gefallen sein.

Will auch Eur Kay. Mat. uber das meiner sune zween, auch etliche vom adell und landtschaft meines landes zu geysel haben, bis so lang die ding, die in der capitulation noch nicht volnpracht, vollkommenlich ausgericht werden, will ich sie Eur Kay. Mat. fur geysel zustellen.

Und so mich Eur Kay. Mat. zu ir allergnedigst erfordern, bitte ich in underthenigkeit, wolle mir, so sye uber das und dise meine erpitten noch weyters und mehrers von mir begeren, ir gnedig gemutt anzeygen. So soll Eur Kay. Mat. befinden, das in allem dem, das mir muglich, Eur Kay. Mat. willfaren will.

So aber Eur Kay. Mat. ire raette, mein herrn und freundt, den bischoff von Arras,<sup>1)</sup> den secretarien Erasmus<sup>2)</sup> und den von Lier,<sup>3)</sup> oder wehr Eur Kay. Mat. gefelligk, an orte, di Eur Kay. Mat. gefallen, vorordnen und mich zu ihnen bringen lassen, so will ich alle obgelmelte erpitten mit briven und meinem insigil vorsichern.

Auch von ihnen, was Eur Kay. Mat. allergnedigst weyter gemutt ist und sye von mir haben wollen oder begern, undertheniglichen horen und vornehmen und will mich dermossen erzeygen, das Eur Kay. Mat. ein gnedigs gefallen haben sollen.

Bitte Eur Kay. Mat. nochmols umb Gotts, seiner lieben Mutter, engel und heyligen willen, wollen mir gnediglich vorgeben, ein gnediger kayser

und herre sein, mich furderlich und gnediglich erledigen und mich des nit entgelten lassen, ob andere Eur Kay. Mat. willen nicht thun wolten und Eur Kayserliche Majestet ungehorsamb wehren.

Dann ich will mich Eur Kay. Mat. gehorsamber, undertheniger furst und der partey und hilf sein. Bitt allergnedigiste trostliche antwort aufs fuderlichste, darmit ich armer und betrupter furst mich der von Eur Kay. Mat. zu erfrewen habe. Das will ich di zeyt meins lebens umb Eur Kay. Mat. und di ro. ko. mat., auch Eur beyder Majesteten sone und erben mit leib und gutt undertheniglichen vordinen und meine sohne und erben mit leib und gutt undertheniglichen vordinen und meine sone dahin weysen, solchs zu vordinen... Datum freytags den 22ten Iuny anno 1548.

Eur Kay. Mat.

undertheniger, williger  
und gehorsamber  
Philippus landtgroff  
zu Hessen etc.

a) sequ. expunctum willen

1) Antonius Perrenot de Granvelle.

2) Erasso, secretarius Hispanus Caroli V.

3) Ioannes de Lierre.

Zettl

Allergnedigister herr und kayser.

Es wirt mir angezeygt, wie das etliche bey Eur Kay. Mat. mich vorunglimpfen und antragen sollen. Ist mein hochste bitt, Eur Kay. Mat., so ir etwas von mir angezeygt ist oder wurde, es sey von Deutschen oder ander nationen, Eur Kay. Mat. wolle mir solchs anzeigen und vormelden lassen. So soll Eur Kay. Mat. mein warhaftig und underthenigiste antwort zu aller zeit dermossen befurdern, das Eur Kay. Mat. des ein gutt gefallen und benugen allergnedigist haben werden.

Ich bitt auch aufs allerunderthenigist Eur Kay. Mat. wolle mich allergnedigist furderlich erledigen, auf das ich Eur Kay. Mat. mit meinem leyb zu Eur Kayserlichen Majestet gelegenheit dester treulicher und mit gesundtheit dienen konne. Bevelhe mich Eur Kay. Mat. undertheniglich. Datum ut in litteris.

N. 1164.

Cracoviae, 29.IV.1549.

Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci

refert de colloquio suo cum rege habito in causa matrimonii ducis cum una ex sororibus regis; de diversis negotiis a Stanislao Hosio ex Germania relatis; de imperatore, de regibus Galliae et Hungariae, de principibus Germaniae.

Sigill. Autogr.

H B A, B 2, K.377.

...Illustrissime Princeps.

Eo die, quo postremas litteras dedi (qui fuit, ni fallor, 25 huius) loquutus sum oportune et commode cum Regia Malestate, ubi a cena

surrexisset. Inicium sermonis erat de petitione Friderici Knoblochsdorffii (de qua in suprascriptis litteris mencionem feci), qui eadem vespera novam petitionem per epistolam suam a Regia Maiestate fecit, qua priorem declaravit. Nempe rogavit expresse, ut me in assistenciam ei ad Regem Romanorum pro 28 die Iunii Sua Maiestas mitteret. Cuius petitionis responsum, heri ad eum datum, Illustrissimae Vestrae Dominacioni mitto. Quod autem meam istic profectionem attinet, etsi meae rationes hiis diebus, inter cetera et uxor pregnans, in Maiorem Poloniam, patriam meam, vocant, irem tamen, si quid opera mea Familiae Brandenburgensi prosit, presertim vero si et Illustrissima Dominacio Vestra mihi idem faciundum censebit, cui Principem illum pupillum, ut nepotem, curae esse non dubito. Nec aliter hactenus intelligo, quam quod difficultates et vexaciones Knoblochsdorffii Locumtenentis cum detrimento pupilli sint coniunctae. Audio enim sub eo pretextu Opoliensi et Ratiboriensi Ducatibus insidias tendi tercia parte summae 183.333 ducatorum data, et nescio quae aliae artes.

Secunda pars sermonis cum Regia Maiestate fuit de Illustrissima Dominacione Vestra, qui non parum differre videtur ab ea Gabriellis Tarlo relacione, quam nuper Assuero retulit et Illustrissimae Vestrae Dominacioni scripsit. Illa enim porro spem facere videtur, mea non item. Dixit enim Sua Maiestas. Quid, Princeps Prussie, rogo, me fortasse accusare volet, sed ipse est in causa. Si enim mecum syncere egisset, potuisset fieri, quod cupit. Sed et Vilnam aliud ad me scripsit et aliud premebat, et Cracoviae, cum nuper esset, nihil aperte voluit dicere. Interea delatum est negocium de nostris manibus in alienam potestatem. Et Dux Prussie credit illis, qui eum frustrarunt, meque interim culpabit, sed certe innocentem. In hunc sensum Sua Maiestas locuta, in fine addidit: expecto tamen responsum, quod quale sit futurum, nescio. Crediderim autem facile bonum futurum, si vera sunt, que mihi et Princeps Prussiae scripsit, quod videlicet Marchionis Alberti negocia bene apud Imperatorem habent. Sed tamen nescio, prorsus nescio.

Hec Sua Maiestas. Iudicet itaque Vestra Illustrissima Dominacio, quidnam ex tot et tantis ambagibus et perpetuis dubiis sit colligendum. Hoc ego tantum deprehendi in illo sermone filium esse matri infensissimum. In negotio autem Illustrissimae Vestrae Dominacionis et perplexa et intricata omnia videns, nihil aliud opposite ex meo sensu pronuciare possum, quam quod in mea priore sententia persistendum mihi eatenus video, donec cum Sancto Didimo latus tetigero.

Liesznewski,<sup>1)</sup> illius, qui apud Cardinalem Augustanum<sup>2)</sup> est, frater, hodie venit. Nihil certi affert. Sed ipse idem eius frater cras aut perendie expectatur. Quem putant aliquid certi allaturum esse. Utinam autem in hanc vel in illam partem conclusionem adferat. Que qualis futura sit, Illustrissima Vestra Dominacio ab Asuero habebit descriptam. Ego cras mane in Russiam exire cogor ad nuptias filii Domini Boneri, natu maioris, ad 13 aut 14 Maii in aulam reversurus.

Item hoc Lantgravii Hessiae<sup>3)</sup> scriptum non ut novum Illustrissimae Vestrae Dominacioni mitto, sed quia tercio die Paschatis Episcopus Cracoviensis,<sup>4)</sup> eundo cum Rege in templum, mihi cum hiis verbis porrexit: Ecce, lege hoc. Iam tandem tuus Lantgravius in sanctos consentit. Et ego, inquam, consenciam, si constrinxeritis. Item Doctor Hosius huc ex Praga plurima nova scripsit, sed plurima vana. Imperatorem, absoluto Conventu Imperii, in Hispanias profecturum, in quo filium Cesarem<sup>5)</sup>



et ex inferioris Germanie regionibus Regnum facere illique in possessionem dare debet, et nescio que similia vel plausibilia. Circumferuntur eciam scripta, sed incertis autoribus, Brunswiczensem civitatem rursus descivisse propter Interim. Item Helvecios ad Regem Galliae<sup>6)</sup> in toto conversos, per quos Imperator restitutionem Ducis Sabaudie<sup>7)</sup> tentare debebat. Item e Roma heri nostrorum quis veniens, dicit magnum triumphum celebratum ibi fuisse ob natum Regi Gallie filium.<sup>8)</sup> Item quod impedita sit Bononiae interceptio, quam Caesariani intra triduum tentaturi erant. Proditores capti Romam ducti.

Item ex Hungaria affirmatur Hungaros filium Regis Ioannis<sup>9)</sup> velle coronare, a Ferdinando omnes, et illos qui continuo in aula eius fuerunt, preter unum Batori Andraszi, descivisse. Hec eciam tantum ex publica fama scripsi.

Item spargitur hic denuo rumor Regiam Maiestatem aut in Maiorem Poloniam, aut in Prussiam, brevi ituram esse. Iamque, ut opinor, fuisset publicatum, nisi nos dissensiones et discordie Senatorum in varias partes et deliberaciones distraherent. De Conventu Regni eciam fiunt occulte consultaciones, sed anxie procedunt. Vident offensiones gravissimas in omnibus provinciis augeri potius, quam sedari. Dominus Castellanus Cracoviensis<sup>10)</sup> hic desyderatur, ut, tanquam Apollinis oraculo, omnes perplexitates curet. Sed nescio, quomodo non properat, ita eciam, ut ex industria morari et retrahere videri possit. Cetera in hoc genere, si quid augebitur, postea scribam aut ipse referam. Non dubito enim Illustrissimam Vestram [Dominacionem] cum Regia Maiestate hiis aliquot mensibus conventuram esse... Cracoviae, penultima Aprilis, 1549.

Stanislaus Boianowski.

- 1) Stanislaus, cubicularius regius, frater Ioannis.
- 2) Otto Truchsess.
- 3) Philippus.
- 4) Samuel Maciejowski.
- 5) Philippus.

- 6) Henricus II.
- 7) Emmanuel Filibertus.
- 8) Franciscus.
- 9) Ioannes Sigismundus.
- 10) Ioannes Tarnowski.

N. 1165.

Cracoviae, 1.V.1549.

*Christophorus Konarski*

*Alberto in Prussia duci*

*legatum Stanislaum Hosium Pragae retentum iri nuntiat usque ad adventum imperatoris in Germaniam Superiorem; refert de aliis legationibus.*

*Vest. sigilli.*

*(Annexum: « Nova ex aula Caesareae Maiestatis de rebus Imperii alata »)*

*H B A, B 2, K.377.*

Durchlauchtiger etc.

Noch erbittunge meiner ganz undertheniger, gehorsamer dinsth habe ich himite E.F.D., meinem gnedigsten hern, undertheniglichen nicht unangezegeth wollen lassen, dass man unsern legatum doctorem Hosium zue Proge fasth noch <sup>a)</sup> VI wochen uffhalten wyrth, biess zur ankoffth

key. mt. in Superiorem Germaniam, also wy auch E.F.D. auss den zeitungun weidlofftiger einnehmen wyrth, dy kurzlichen von mt. hoffe gebrochth sein, dy ich himite E.F.D. underthenklichen zuschike. Ich bieth dyselbigen E.F.D. gnediglichen zu uberlesen.

Von den anderen geschikten in Ungern konnen wyr noch uff dyssmoll nichts eigentlichs erfahren, wass sy daselbesth guts<sup>b)</sup> schaffen werden, aber solchs wyl ich E.F.D. hernochnolss zueschreiben. Der munch auss Ungern<sup>1)</sup> und der groff von Salm<sup>c), 2)</sup> von wegen ro. ko. mt.,<sup>d)</sup> dy sollen dy zukunfftige woche<sup>e)</sup> zu etlichen hunderth pferden zusammen kommen. Ess ist unss aber noch nit bewusth, in wass sachen, aber der gemeine rede nach, der konigen<sup>3)</sup> auss Ungern halben. Der Lyeznyowsky<sup>4)</sup> vom hern cardinalem<sup>5)</sup> ist auch am vorgangen montage ankomen, aber in der eyle habe ich noch nichts konnen erfahren, wass derselbige angebrocht, aber solchs will ich E.F.D. in kortzlicher zeit zuschreiben... Datum Krokaw, eylende, am tage Philipi Iacobi 1549.

E. F. D.

undertheniger, gehorsamer diner  
Chrystoff Conarsky

a) *supra lineam.*

b) *sequitur expunctum: we.*

c)-d) *in margine.*

e) *in margine.*

1) *Georgius Utišenić, alias Martinuzzi.*

2) *Nicolaus.*

3) *Isabella.*

4) *Ioannes Leśniowski.*

5) *Otto Truchsess.*

#### *Annexum. Novitates de rebus Imperii.*

Nova ex aula Caesareae Maiestatis allata.

Princeps Hispaniarum<sup>1)</sup> Bruxellas ante medium Martii cum 4.000 hominum et multis nobilissimis Hispanis, Italis et Germanis veniet. Maria<sup>2)</sup> obviam ei prodibit et Caesar ipse forte.

Arces duae constructae, quae oppugnari in adventu eius degent. Post adventum eius Caesar vix quinque septimanas Bruxellis mansurus est, sed in superiorem Germaniam reversurus, Comitia habiturus et filium successorem Imperii designaturus.

In inferiore Germania novum Regnum constituit ac filio tradet, quod Imperio adiunget.

Ad Interim recipiendum omnes armis adiget. Confectis omnibus et relicto filio in Imperio, ipse in Hispanias recedet.

Domínus de Barbenstein in praefecturas Burrae<sup>4)</sup> successit. Burra autem tres tantum horas aegrotavit.

Henricus Brunswicensis ex Hispaniis reversurus, Hispanum comitatum habet, atque ob id invisus Germanis.

Regina Galliae,<sup>5)</sup> soror Caesaris, venit Bruxellas, habitura Mechliniae.

Caesar filio Saxonem<sup>6)</sup> donaturus est, ut ipse eum uxori et liberis donet, uxorque expectatur Bruxellis.

Landgravius<sup>7)</sup> Interim susceptit auditque missas quottidie, sed suo sumptu vivit, neque certum quid est de dimissione eius.

Bremenses habent legationem apud Caesarem, sed muniunt tamen urbem valide.

Bellum contra Ducem Prussiae et Regem Swetiae<sup>8)</sup> apparari dicitur.

Palatino Rheni<sup>9)</sup> filius natus est, ad quem Dani defecturi creduntur, et misit eo Palatinus Legatos.

Adolphus Dux Holsatiae in aula Caesaris est et habet stipendium

4.000 carolinorum, diciturque ducturus esse viduam Ducem Lothoringiae,<sup>10)</sup> cum proventu 80.000 aureorum, aut recte Romanorum regis filiam.

Rex Angliae<sup>11)</sup> multas naves onerarias Holandicas, incertum qua de causa, in Anglia pignoravit. Vicissim Caesar omnes merces Anglorum in ditionibus suis, sed brevi speratur compositum iri negotium. Et nunc Caesar Regem illum in aulam suam accerset, donec maturus sit administrando Regno. Conatus est autem ille, qui hactenus pro eo Regnum administravit,<sup>12)</sup> veneno eum de medio tollere. Verum deprehensus, supplicio adfectus est.

Nullus est adhuc Bruxellis apparatus belli, sed in Holandia est magna copia navium.

Argentinenses dono miserunt Caesari 12 ingentes bombardas cum omni apparatu, Interim autem non recipiunt.

Rex Gallorum<sup>13)</sup> 15.000 armatorum misit in Scotiam adversus Anglos. Amsterdamenses 40 viros et mulieres et puellas anabaptistas ceperunt, supplicio adfecturi.

In Brabantia multi eadem de causa capti. Caesar vetuit, ne quis se inscio in Galliam vina emptum proficiscatur.

Bruxellenses semel aut bis seditionem contra Hispanos propter iniurias concitarunt, sed connivet et indulget Caesar Hispanis.

Maximilianus Archidux peregit nuptias cum filia Caesaris<sup>14)</sup> et dicitur fore Rex Romanorum, pater vero eius Papa.

Albertus Marchio Brandeburgensis conscribit exercitum in Brunsvicenses et alibi.

Tres Legati ex Anglia, auro onusti, Hampurgum profecti sunt ad conducendos milites.

Bremensis Episcopus<sup>15)</sup> Bruxellis est occulte.

Adolphus Dux Holstinensis creditur ducturus Ducem Lothoringiae viduam vel filiam Ferdinandi, et Regnum Swetiae, vel certe Scotiae, ope Caesaris habiturus.

In Traiectensi Episcopatu interdictum est, ne quis contionator uxorem habeat.

Ante Comitata Imperialia nullum bellum a Caesare expectandum.

Antwerpiae captus est quidam, qui dicitur esse filius Marsalci Landgravii, cum vellet proficisci in Gallias.

Princeps<sup>16)</sup> dicitur secum vehere duo monstra, ante humana effigie, retro cervica.

In Geldria captus est caupo cum uxore et filiabus et punitus,<sup>a)</sup> qui ad 150 homines apud se occidisse fertur.

Princeps cum attigit Germaniam, magnam et optimam de se spem Germanis Principibus praebuit, quod Germanico equo vectus est, Germanice cum proceribus propinando, invicem comitatus, et Germanice choreas duxit.

a) in ms. penitus.

1) Philippus.

2) regina Hungariae.

4) Maximilianus de Buren.

5) Eleonora.

6) Ioannes Fridericus.

7) Philippus.

8) Gustavus.

9) Fridericus II.

10) Christina, caesaris ex sorore nepos.

11) Eduardus VI.

12) Eduardus Seymour, dux de Somerset.

13) Henricus II.

14) Maria.

15) Christophorus dux Brunsvicensis.

16) Philippus.

N. 1166.

Cracoviae, 6.V.1549.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R.P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
de Ioanne Leśniowski, legato cardinalis Augustani [Ottonis Truchsess],  
ad ducem ire iusso, ut ei omnia, quae de matrimoniis cum principibus  
Germaniae tractantur, exponeret.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1167.

Dobrzykowo, 6.V.1549.

*Ioannes Dobrzykowski, succamerarius Plocensis,  
Alberto in Prussia duci  
filium suum, quem in Regium Montem mittit, iam a duce commendatione  
palatini Plocensis in tutelam acceptum, commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1168.

Marienburgi, 15.V.1549.

*Felix Srzeński, palatinus Plocensis,  
Alberto in Prussia duci  
filium Ioannis Dobrzykowski, iam in Regium Montem litterarum discen-  
darum gratia proficiscentem, iterum commendat.*

*Sigill.*

*(Schedula annexa de regina Bona pro festo Ascensionis in Płock  
ventura)*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1169.

Cracoviae, 18.V.1549.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci  
de dilationibus in causa matrimonii ducis cum sorore regis, de nobilitate  
in quibusdam palatinatibus iudicia celebrari impediende; de scelere,  
ab Andrea Czarnkowski, scholastico Cracoviensi, contra octo iuvenes*

*studiosos perpetrato; de legatione Stanislai Hosii ad Ferdinandum regem Romanorum; de Maximiliano archiduce in regem Bohemiae electo.*

*Sigill. Autogr.*

*(Annexa: 1. Nova ex Roma de die 13.IV de gestis Caroli V, praesertim in Italia; 2. ex Praga de die 1.V. relatio de audientia Stanislao Hosio a Ferdinando rege Romanorum concessa; 3. ex Vienna de die 11.V. de Bohemis, archiducem Maximilianum in regem vocantibus)*

*H B A, B 2, K.377.*

Praecor Illustrissimae Dominacioni Vestrae omnes foelicitates.

Ex nupciis redeuntes Ioannis Boneri, patrem eius, Zupparium,<sup>1)</sup> in itinere 12 huius amisimus. A cuius morte filiis magnam mutacionem parari video. 14 ego huc veni invenique magnam litterarum molem, de quibus infra. Inveni eciam Regis Romanorum, Electoris Brandeburgensis<sup>2)</sup> et Vestrae Illustrissimae Dominacionis Nunccios. De prioribus non sum ita sollicitus, sed miror Assuerum tam diu detineri. Qui et si suum officium sedulo facit, semper tamen novis remoratoriis involvitur, ex quibus nescio, an sine oraculo Illustrissimae Vestrae Dominacionis explicari poterit. Porro ex Lieszniewski Illustrissima Dominacio Vestra iudicare poterit, quemnam finem tales practicae respiciant. An non illum, quem ego dico. Retineatur scilicet in spe Dux Prussiae, donec certi simus de Salczburgensi,<sup>3)</sup> de Brunszwiczensi<sup>4)</sup> et ceteris similis expectacionis, si qui sunt. Volunt enim delectum habere ex illis, sicut vulpes inter gallos, cui si opcio aufertur, tandem tandem accipit proximum.

Quod vero sentencias Senatorum,<sup>8)</sup> quas expectari iubent,<sup>b)</sup> in hac re attinet, excepta Domini Castellani Posnaniensis,<sup>5)</sup> quorundam erunt fucate et instructe ab aula, quorundam vero ignorancie aut insane religionis Caesareique metus plene, ex quibus nos tandem colorem induemus, qualem volumus. Sed harum omnium arcium ex Lieszniewski bona pars poterit intelligi. De quibus omnibus, ut video, Illustrissimae Vestrae Dominacionis mandatum Assuero est expectandum. Quod etsi nos urgeat, iudicavimus tamen melius, ut ne post tantas dilaciones parvi temporis spacium errorem pariat, quem si evitare non dabitur, tamen in aliis pocius quam in nobis relinquatur.

Item de rebus Regni per aliam occasionem copiosius scribam, nam hunc nuncium Assuerus repente extrudit. Nec ego remorari volo. Difficultas alia aliam parit. Apparetque et Regem et adiutores harum practicarum tedio affici. Episcopus Cracoviensis<sup>6)</sup> queritur, quod relictus sit solus ministrare. Castellanus vero Cracoviensis<sup>7)</sup> dicit Episcopum esse timidum et pigrum, odia propter bonum Regis et labores fugientem, et quod peius illum habet, suspicatur eum Regi velle persuadere, ut cum parte Senatorum adversa conveniat et in gratiam redeat. Quod Castellanus vehementer impugnat. Vellet enim alios omnes perpetuo exclusos et per omnem occasionem male tractatos.

Item in Siradiensi, Lublinensi, Belsensi frequencia et unanimi consensu iudicia sunt prohibita a nobilitate. In Ploczensi vero, lanceis ad latum iudicis temere iudicare volentis directis, coegerunt, ut se inscriberet non iudicaturum, donec aliud de iurisdicione regali et eius fundacione ab Ordinibus Regni constituatur. In Posnaniensi autem palatinatu electio subiudicis et iudicia castrensia itidem sunt impedita, dicentibus nobilibus:

Nec debet nec potest eligi subiudex, siquidem omnia iura silere in hoc tumultu et rerum indignitate necesse est.

Item eo die, quo huc veni, hora 2 noctis horrendus casus, immo nefastum scelus accidit. Andreas Czarnkowski, Craccoviensis Scola- sticus et alias 18 beneficiorum possessor, iussit, ut eius famuli iuvenes studiosos 8 enormiter vulnerarent, ex quibus iam duo mortui sunt, quia scortum ad Suam Sanctitatem euntem verbis interpolarunt, nec tamen intrare prohibuerunt. Quorum verborum occasionem vicinitas et frequens simile dedit. Cesi autem sunt vel icti in scola templi Omnium Sanctorum, ubi ille ipse Praepositus est, cuius domum et ipsam scholam unus tantum paries dividit. Non tantum autem in schola, sed in fornace et in lectis, aliqui enim iam dormiebant, aliqui fugiebant, et si plures fuissent inventi, plures fuissent cesi.

Iudicium de hac re nullum, quia author sceleris in primis deliciis Episcopo est. Cum enim tota iuventus studiosa tocius urbis ad Regem questum venisset, affecta est ab Episcopo, nomine Regis presentis, magnis et acerbis obiurgacionibus. Iussique sunt, ut se in hac re coram Episcopo (idem est, ac si coram ipso autore) sisterent, penas, ni fallor, daturi, quod de tam atroci facinore quererentur. Ille autem bonus Praepositus, respondens pro se dixit: Fateor, inquit, per servitores meos esse factum, sed ego nihil de hac re volo scire. Et ita hodie coram Episcopo debebant stare, si audent. Nullus autem scelestorum captus est, neque de illis inquiritur. Qualis vero sit rumor et meror omnium aule et urbis incolarum, qui per omnes partes describitur, difficile dictu. Tamen neque Rex neque Episcopus, quamquam a pluribus graviter sunt admoniti, moventur, neque priores tam graves offensiones, in omnibus magis ac magis invalescentes, respiciunt. Deus nobis sit propicius. Sed in nobis ex omnibus partibus pessima signa apparent.

Quod reliquum est, mitto Illustrissimae Vestrae Dominacioni, que ad me Fricz,<sup>8)</sup> collega Hosii, scripsit. Ex quibus intelliget nostras tam artificiosas practicas non ita succedere, ut nos de rebus omnibus spem facimus. Mitto preterea, que ex Roma et ex Vienna habeo. Finaliter ago Illustrissimae Dominacioni Vestrae quas maximas possum gracias paucis verbis, re ipsa perpetuo acturus, quod mea ulcera curare dignatur... Cracoviae, 18 Maii, 1549.

Stanislaus Boianowski.

a)-b) in margine.

1) Severinus.

2) Ioachimus II.

3) Ernestus dux Bavariae.

4) Henricus.

5) Andreas a Gôrka.

6) Samuel Maciejowski.

7) Ioannes Tarnowski.

8) Andreas Frycz Modrzewski.

*Annexum I: de gestis Caroli V, praesertim in Italia.*

Scriptae Romae, XIII Aprilis 1549.

Condiciones eas denuo (sub quibus Fernesianos in Ducatum Placentinum se Imperator restitutum pollicetur) proposuit, videlicet quod Duces Placentini Pontificem Romanum deinceps tanquam Dominum feudi non recognoscant, at Mediolani Ducem. Item quod novem millia aureorum, quae Camerae Apostolicae ex pacto Duces Placentini singulis annis pendere debuerant, Duci Mediolanensi ceu suo superiori pendant. Item quod Pontifex<sup>1)</sup> Petri Aloisii occisoribus pro bonis immobilibus, quae in

territorio Placentino habent, trecenta aureorum nummorum millia numerare debeat. Item quod ex redditibus Ducatus tanta pecuniae summa singulis annis detrahatur, quae ad exolvendum militibus Castelli<sup>2)</sup> (quod Imperator pro se retinere vult) stipendium sufficere possit. Nescitur adhuc, si condiciones adeo intolerandas Pontifex acceptabit necne.

Nuper Romanus quidam insignis ex Ursinorum familia sororem germanam viduam, quod illam cum quodam iuvene patritio Romano fornicari subolfecerat, trucidavit. Ipsum quoque iuvenem cum illa, quem tum in eisdem aedibus offenderat, patrataque cede illico ex Urbe equis dispositis fugit. Item filius Imperatoris, Hispaniarum Princeps,<sup>3)</sup> ultima Martii Bruxelas, ubi tum ab Imperatore expectabatur, appulit. Cuius in rebus gerendis ingenium moresque ab omnibus improbantur. Aiunt enim hominem poenitus esse inutilem ineptumque. Neapoli triremes Imperatoris iussu armantur exercitusque conscribitur. Andream quoque de Auria illuc brevi cum classe venturum praedicant, nec scitur adhuc, quo sit profecturus. Effecit tandem Sanctissimus Dominus Noster, quod Imperator paulo remissius de Concilio Tridentum reducendo iam urgeat, qui toto hoc tempore etiam Acheronta se moturum ob Concilii denegationem fuit protestatus. Owa iako sie czi dwa smowią, tak my musiemy wierzicz, by nam snadz kazali, y w kozla.

1) *Paulus III.*

2) *S. Angeli arx.*

3) *Philippus.*

*Annexum II: relatio ex Praga, de 1.V.1549, de audientia Stanislao Hosio a Ferdinando rege Romanorum concessa.*

Quae per Oratorem Regis nostri, Stanislaum Hosium, nominatum Episcopum Culmensem, virum clarissimum, apud Ferdinandum Regem Romanorum potentissimum gerantur, etsi puto te, Domine, cum ex iis, quae in Conventu proximo decreta sint, tum ex literis Oratoris ad Regem missis intellexisse, tamen putavi meum esse aliquid de iis tibi significare, idque breviter, non enim dubito, quin vel ex Cancellaria cogniturus sis abunde omnia.

Orator, salutato Ferdinando votisque et praecationibus de successibus foelicibus praemissis, ac studiis ac officiis Regis ad eum delatis, longa et diserta oratione exposuit illi postulata, ea quidem, quae ad pacem et foedus cum Rege sancendum pertineant.<sup>a)</sup> Auditus est perbenigne ac oratione sua et Ferdinandum et omnes, qui audierant, commovit, id quod Ferdinandus postea cum apud alios, tum apud Legatum Papae<sup>b)</sup> praedicavit orationemque ipsam, ad verbum descriptam, sibi dari voluit. Atque ad eadem illa postulata ita respondit, ut diceret sibi gratissima omnia esse, quae a Rege, pacis, amicitiae et foederis cupidissimo, nunciarentur, seque non minus cupidum esse tantarum tamque sanctarum necessitudinum illud argumento esse, quod et divum Sigismundum Regem proxime defunctum in loco parentis observaverit ac unice semper coluerit, et hunc illius filium Sigismundum Augustum, Regem inclytum, primum fratris loco duxerit, deinde in filium sibi desideratissimum sumserit. Se itaque ad certamen hoc mutui amoris et benevolentiae a Rege provocari gaudere, in eo certamine ne illi cedat, antiquissimum sibi semper fore, amicitiae etiam avitae retinendae subindeque firmioris reddendae.

dae, pactorum et foederum ineundorum, augendorum et amplificandorum se cupidissimum esse declaravit, sed id tamen fratris sui Caroli, Imperatoris Romani invictissimi, voluntate et consilio, quo inconsulto minime sibi licere cum aliquod ad perpetuitatem quidquam constituere.

Nihil se tamen dubitare, quin ille pro iisdem necessitudinum vinculis, quibus Regi devinctus esset, facile et libentissime sit summo studio approbaturus foedus hoc tam sanctum tamque Reipublicae Christianae honestum et necessarium. Haec quidem ad postulata Ferdinandus. Cum autem Orator primum communiter pacem constitutam et confirmatam cum provinciis omnibus Ferdinandi vellet, deinde separatim et cum Bohemia, ubi nunc versamur,<sup>b)</sup> et suo etiam tempore cum Hungaria, contra ista dixit Ferdinandus haec separari minime posse. Nec enim agi de pace inter ipsos Reges tantum, sed inter populos etiam ac provincias sibi subiectas, quae si ab universa re separari non possint, ac potius et in illa includantur et ex ea recte consequantur, fieri sine reprehensione non posse, ut quod compendio expediri queat, de eo longis et distinctis tractatibus agatur. Nihil se tamen impedire, quominus, si quid forte eiusmodi foret, quod in ipsis literis comprehendi non posset, seorsim literis aliis explicaretur. Simulque ostendit, quid in foederibus Kazimiri cum Alberto Archiduce Austriae et Frederico Imperatore initis (quae ab Oratore eo producta fuere, ut vel illa confirmarentur, vel ad illorum exemplum nova fierent) desiderari posset.

Primum quidem de suppetiis in hostem vicissim ferendis parum discrete scriptum esse, itaque rem ad effectum nunquam deductam, qui potius tum contra itum esse, cum divus Sigismundus Rex auxilia, toties contra Ioannem petita, denegaret. Itaque si quid firmi constituendum ac non verbis tantum, sed re etiam foedus percutiendum esset, definiri oportere, quo numero peditum equitumque uterque utrique suppetias venire, aut quantam vim pecuniae mittere deberet, contra quem, quatenus, quamdiu et quibus rationibus. Atque hic mentio iniecta est filii<sup>2)</sup> Ioannis olim Regis, ut si forte ille quid adversi moliri vellet, ne Rex illi ullis modis opem ferret. Deinde de negotiis forensibus, quae inter populos utriusque ultro citroque exorirentur, videri sibi certos iudices utrinque certis in locis eligendos certamque iudicii formam constituendam esse, ut utrisque populis certum sit, quo iusticiae causa recurrere possint.

Post de perfugis iisque, qui hostilitate indicta provincias utrasque infestent, publicis in viis grassentur, homines spolient et occidant, ea, quae anno Christi 1538 Glogoviae, Wschovae a Senatu utrinque misso sancita extant, in literas pacis huiusmodi referenda esse. Deinde de moneta, quam vel ea bonitate, qua ipse cuderet, cudendam, vel iusta aestimatione utranque utrisque in provinciis recipiendam. Tandem viam mercimoniis inter vicinos populos exercendis, tot annos oclusam, aperiendam, et ne deinceps unquam occluderetur, cavendum esse censebat.

Postremo ab huiusmodi foedere et Papam et Caesarem christianum et Imperium Romanum excipiebat, ad haec Turcam quoque ipsum, quocum quinquennales haberet inducias, ut neque per hoc quinquennium, neque reliquo tempore, si quae deinceps intercesserint induciae, contra illum Regi subsidium ferre teneretur. Haec summa erat Ferdinandi postulatum, quae per Consiliarios delectos Oratori exposuit eaque foederis nomine sanciri ac in literas referri voluit. Ad quae Orator respondit nullum sibi de hisce rebus constituendis mandatum a Rege datum



esse eumque nihil de his ipsis cogitasse, cum ab illo legaretur. Foedera enim, qualia postulet, non nova esse nec inaudita, sed multis retro saeculis a Regibus Poloniae cum multis quidem Imperatoribus Romanis, sed praecipue cum Domo Austriaca usurpata, iam inde a rerum iniciis per manus illi tradita esse.

Neque vero eum ignorasse, quae vel de moneta vel de via mercibus aperienda dici poterant. De quibus et olim cum divo Sigismundo aliquoties et proxime cum eo per Oratorem Ferdinandi actum esset. Verum de his in foederibus cum Regno Bohemiae, quae seorsim tractari voluit, commodius agi posse, tametsi de utroque horum concludi apud nos nihil posset extra Conventum Ordinum Regni omnium. Sed cum tempus eiusmodi Conventus procul abesset, nocuerit autem semper differre, quae ex dignitate et e Republica forent, visum esse illi faciendum more maiorum, ut foedus hoc in genere absque provinciarum et Regnorum expressione primum feriretur, ad quod scilicet Ferdinandum teneri putaret, et quod obtineret eas provincias, quas prisci Imperatores, Regum Poloniae confoederati, obtinebant, et quod ex iis, quibus illi radicibus natus, natus esset, deinde ut ad Bohemicum foedus accederetur, in quo et de mercimoniis et de re pecuniaria et alia, quae nunc confieri possent, definirerentur, quae minus in aliud tempus reiicerentur.

Petiit itaque Orator, ut postulatis Regis sui sine ulla procrastinatione fieret satis. Cum quidem expedita essent omnia, si tractatio illa generatim more maiorum fieret et a singulis Regnis secerneretur, in diem enim ulteriorem rem huiusmodi proferri minime esse e Republica. De eo vero, quod de suppetiis obiectum sit, se ex annalibus scire Kazimirum illa Frederico ex foedere misisse contra Matthiam Regem, cui Ordo Theutonicus praesto esset contra eundem Fredericum. Atque inde constare ad effectum deductum fuisse, quod in foederibus exprimeretur. Ferdinando autem negatorum auxiliorum non aliam causam fuisse, quam quod foedus eiusmodi a divo Sigismundo per Christopherum Schidlovicum, virum illustrem, postulatum neglexerit. De rebus aliis sperare se Regem suum facile assensurum, ut quae de perfugis, qui hostilitatem minitarentur, quae de rebus forensibus, quae de pactis Glogoviensibus-Wschovensibus, quae item de exceptione et Papae et Caesaris memorata sint.

At de Romano Imperio scrupulum sibi iniectum esse non mediocrem, primum quidem quod haec exceptio usurpata nunquam esset in pactio-nibus vetustis. Deinde quod hoc nomine si Principum Germanicorum aliqui intelligerentur, qui belli causam Regi praeberent, iniquum videri posset eum a Ferdinando deserere, exceptionis huius praetextu, sin Caesar et Ferdinandus cum reliquis Ordinibus omnibus, re ipsa rumperetur foedus inferendo huiusmodi bello. Quod tamen ne unquam inferatur, utque illud Deus avertat, foedera et sanciantur et saepe iureiurando confirmantur. Hanc igitur Romani Imperii exceptionem vel superfluum esse, vel difficultatem aliquam Regi allaturam, ut ne ea alacritate, qua coepit, foedus ictum iri appetat.

Haec Orator Ferdinando exponi ac postulata Regis sui eidem commendari petiit, ne illa vel negligentur vel in tempus aliud protendantur. Quoniam vero Ferdinando decretum esse vidit, ne foedera aut pactiones ullas Caesare imprudente cum aliquo iniret, sibi quoque propterea tantisper hic expectandum esse, dum a Caesare aliquid afferatur, ideo sibi quoque necessario faciendum esse, ut de iis omnibus ad Regem, a quo Orator venisset, referret, simulque a Ferdinando literas, in quibus capita omnia

foederum, quae optaret, explicarentur, sibi dari, ac particulae illius de Romano Imperio, cuius in veteribus conventis mentio prorsus nulla esset, declarationem addi petiit, ut Rex tandem visis capitibus omnibus assentiatur, contradicatur, detrahatur, addatur,<sup>c)</sup> mutetur,<sup>2)</sup> quae illi visa fuissent.

Non iniquum visus est petere Orator. Itaque Ferdinandus facile eius petitioni de literis scribendis assensus est. Verum altero aut tertio post die, misso Gengero<sup>3)</sup> Procancellario, quod prius annuerat, de Consiliariorum suorum sententia renuit, ne, si literas eiusmodi dedisset, perscribere Regi aliquid videretur. Oratore vero contradicente non hoc esse praescribentis, sed voluntatem suam declarantis, nec Regem suum, cum literas foederum Ferdinando mitteret, praescripsisse quicquam illi, sed mentem et voluntatem suam declarasse, si forte ad eam Ferdinandum adducere posset. Responsum est a Gengero aliam esse rationem Regis, qui non nihil constitui, sed vetera tantum renovari, aliam Ferdinandi, qui non tam vetera revocari, quam nova institui vellet, ideoque eius non esse, ut quid Regi praescribat. De Romano vero Imperio idem respondit Ferdinando quidem minime licere, ut aliquibus in foederibus illud omittat, cuius qua Romanorum Rex caput, qua Bohemiae Rex Elector, qua Archidux Austriae Princeps esset, idque dando huic ipsi Imperio iureiurando (quod forte prioribus saeculis non exigebatur, ut mirum non sit olim in foederibus hanc exceptionem omissam fuisse) sancte eum recepisse, ut ne ullum foedus, nisi eo excepto, cum aliquo [iniret], verum si id animum Regis perturbaret ac dubitationem ei aliquam ingereret, facturum Ferdinandum, ut rem omnem de hoc ipso Imperio Caesari (ad quem Oratorem non ignoraret iisdem fere de negotiis hinc esse profecturum) permittat illique potestatem faciat illius particulae vel declarandae vel tollendae ac expugnandae. Ad id autem, quod Orator exceptionem Romani Imperii impugnando dixisset, si qui Principum belli causam Regi praeberent, iniquum videri, ut Ferdinandus illa exceptione fretus Regi praesto esse nollet, ut ego ipsemet, Ferdinandus respondit, si bellum ab aliquo Principum iniuste geri viderem, scirem, quomodo me adversus Regem gererem.

Haec summa est omnium fere ad hunc diem actorum. Missum est de omni re ad Regem, eius oraculum expectatur. Vale. Maii 1, 1549, Pragae.

a) in ms. pertineat

b) verba: ubi nunc versamur linea subducta sunt.

c) sequitur verbum expunctum.

2) sic in ms.

1) Prosperus Santa Croce, legatus Pauli III.

2) Ioannes Sigismundus.

3) doctor Georgius Gienger.

### *Annexum III: de archiduce Maximiliano a Bohemis in regem vocato.*

Scriptae Vienna Austriae, 11 Maii, anno Domini 1549.

Bohemos Maximilianum Regem elegisse, concessisse praeterea eam census quantitatem, qua maiorem ab hominum memoria nunquam exactam fuisse constat: daturos scilicet se<sup>a)</sup> dimidium eorum, quae cuique biennio reddent, nobilium praeterea unumquemque in equum aut hominem armatum suis expensis Regi obligatum esse, neque minorem censum in inferiori Germania exegisse Caesarem constat. Verum quo vel<sup>b)</sup> ad quem usum, nihil minus quam certum est. Varii varia suspicantur, de quibus ipse nihil asseverare audeo. Neque interea in Hungariam armis quicquam remittitur, verum Hispanos veteranos in arcis (quam Balasi<sup>1)</sup>

occupat) expugnatione nocte dieque intendere allatum est seque sperare eam arcem brevi suae ditionis fore.<sup>c)</sup> Sic vereor, ne antequam Hispani arcem illam expugnent, Monachus aut Turce ex Buda opem arcis ferant.<sup>d)</sup>

a) *expunctum*: medium  
b) *expunctum*: que usum

c)-d) *manu Stanislai Bojanowski.*  
1) *Melchior Balassa.*

N. 1170.

Strzyna, 21.V.1549.

*Ioannes Policki*  
*Alberto in Prussia duci*  
*de nobilitate in Polonia contra regem tumultuante, quod privilegia eius non satis observet; de 5.000 Hispanorum in Scepusio, in ditionibus regis, commorantibus; praeterea nuntiat se paratum esse duci equum eunuchum mittere; litteras a Ioanne Alberto a Machwitz mittit et pro eodem intercedit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

Durchleuchtiger, hochgeborner furst, etc.

Ich wolt E. F. G. gern vil newen zeitungen schreiben, noch weis ich auf dismals nichts sonderlichs, sonder das sich der adel und auch das gemeine landvolck im land zu Polen gantz und gar nit wolen judiciren lasen. Es ist zu Lublin, zu Bels, zu Kelm<sup>a)</sup> und auch zum Krasenstaff, in den vir gepitern landtag gehalten worden, so haben in summa di vom adel und auch das gemeine landfalck gantz und gar sich nit woll judiciren lasen aus der ursach willen k. mt. gemahels halben fur eins zum andern. Das ko. mt. dem noch nit genug gethun hat gegen dem adel, worauf er geschworen hat, das sie gleich furgeben als haben sie noch keinen recht-schaffen konig, darauf sie sich vortrosten durften, darzu auch die van adel zusammen weilen und schreiben und sich dermasen verpinten wie pruder, das keiner an den andern nichts thun soll, sonder was einer thut, das der ander auch thut, das ich mich warlich besorg, wo ein gelinger zugk wider ko. mt. geschehen solt, das warlich ko. mt. noch etlich anheng ko. mt. zu bestem rathen werden.

Zum andern, so will ich E. F. G. auch fur neue zeitung schreiben, das ungeferlich fur 4 ader 5 wochen funftausent Spanier auf ko. mt. grund und poden im Zups ein monot lang gelegen und geschlemt und gedent nach dem pesten haben und nictes bezallt und haben das schlos zu Morav belaufen gehaubt. Das gehort dem Boschimatiis, aber sie haben es noch nit imen, nit weis ich aber sie verruckt sind ader nit etc.

Es ist auch das geschrey gewest, das ir ko. mt. von Krokau aus auf Posen verrucken wurde, aber es ist wider gar still worden. Ich hab sorg, das in kurzer zeit was geschehen wirt, das uns enthweder zu guth ader zu posen geraichen wirt. Ich hab auch ein turkisch ross gehabt, das wolt ich gern E. F. G. geschickt haben. So ist es mir schadhafft worden, so hab ich es E. F. G. nit mugen schiken, dan es mir nicht woll gezimen wurde, E. F. G. was zu schiken, daran nichts gutes werde, aber ich hab es schon mit meinem schaden anworden. Aber so E. F. G. ethwan

einen guten jungen walachen bedurftend werde, so woll E. F. G. mich es wissen lasen, will ich E. F. G. einen zuwegen bringen, der gut, stark und gerad ist.

Zum driten, so E. F. G. oxsen vonnoten hette, so wollen E. F. G. one verzuck einen, der sich darauf verstet, mit gelt ader ane gelt zu mir schiken. Will ich E. F. G. einen oxsen hundert ader zwej zuwegen bringen ader so vill E. F. G. bedurfen, wan es nur ane verzuck geschehe, damit sie faist mochten hineingebracht werden etc. Und wo E. F. G. was vermerken wurden, das solt was wider E. F. G. geschehen, bit ich E. F. G., E. F. G. wollen mich es in der zeit wissen lasen, damit ich mich auch dester statlicher rusten mochte. Es sollen, ob Goth woll, mich E. F. G. nicht also auf einen falben pferd finden wie etliche.

Zum vierten, will ich auch E. F. G. ganz unthertheniglich gebeten haben, E. F. G. wollen mich itzmals mit meiner bestallung nicht verlasen, dann ich warlich itzunder mit gelt in noten steke. Vorsehe mich, E. F. G. werden solches alles in gnaden erkennen und mein gnedigster her sein etc.

Gnedigster furst und her. Ich schick auch E. F. G. hiemit briffe, die mir komen sind von Hans Albrechten von Machwitzten und mir auch darneben geschriben hatt und vermeldet, das er sich versehen hett, wo E. F. G. dem Pretwitz einen hundert geschickt hette. So solt er von wegen E. F. G. in pessen gehalten haben den in den Machwitz. Darzu er auch bis daher alles kaufen hatt müssen, was er bedurft hatt, darzu er auch gern sich auch dem land begeben wolt. So hatt er nicht, das ermocht ein, zwei tag mit furtkomen, sonder alles das sein bei diesem Pretwitz anworden, So weis er nuhn andern trost ader heyl dan auf E. F. G., versicht sich auch, E. F. G. werden in nicht verlasen, wiewoll E. F. G. vorhin im mehr gnad erzeigt hatt, dan er umb E. F. G. imer mer vordinen kann. Will derhalben E. F. G. von wegen seiner selbst gebeten haben, E. F. G. wollen in dismall nicht verlassen, dan ich warlich so vill in seynem schreiben und auch sunst vorhin muntliche von im verstanden hab, das er gedenckt solches ales, sopald im Goth, der Her, zu heim hilft, E. F. G. erlichen und redlichen widerumb zu erlegen und mit dem leib umb E. F. G. vordinen.

Versehe mich abschlag solcher bit bei E. F. G. gantz nicht, gnediger furst und her, und ob es sach wer, das ich was neues erfur, will ich es alles E. F. G. in der zeit wissen lassen etc... Datum Strina den 21 Maii anno Domini 1549 jar.

E. F. G.  
unthertheniger, wiliger  
und hehorsamer etc. Hans Polizki.

a) in ms. Kalm

N. 1171.

Cracoviae, 27.V.1549.

*Christophorus Konarski  
Alberto in Prussia duci*

*pro 20 florenis per Assuerum Brandt sibi allatis gratias agit; ex eodem  
Brandt etiam de negotiorum ei concreditorum statu ducem omnia  
cogniturum nuntiat.*

*(Germanice)*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1172.

Cracoviae, 28.V.1549.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R.P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
se Assuero Brandt, ducis legato, in legatione eius omni opera sua adfuisse significat, nihilominus tamen responsum regis aliud, quam desideraretur, fuisse datum.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

*Illustrissime Princeps, etc.*

Domino Assuero Branth, Legato Illustrissimae Dominationis Vestrae, nusquam studium atque operam meam defuisse sum passus, pro veteri scilicet mea ac constanti observantia erga Illustrissimam Dominationem Vestram ac fide. Is quoque in procurandis Illustrissimae Dominationis Vestrae negociis nullum diligentissimi, fidelissimi ac industriosissimi hominis officium praetermisisse visus est. Egit omnia summa diligentia, fide, industria, quae commissa illi ab Illustrissima Dominatione Vestra erant, ut nemo maiore vel dexteritate vel contencione possit. Verum quod nec ego studio atque opera mea, nec is omnibus suis conatibus profectum ullum eum, quem requiret Illustrissima Dominatio Vestra, fecerimus, causam ex hoc ipso Domino Asuero, Legato suo, Illustrissima Dominatione Vestra cognoscet, qui proximis diebus Maiestatem Regiam in Niepolomicensibus venationibus occupatam adiit, ut abiturus scilicet ad Illustrissimam Dominationem Vestram, ultimam certamque voluntatis illius Maiestatis significationem exquireret. Ea quae est, ex scripto cognoscet Illustrissima Dominatio Vestra. Ego certo, postquam sententiae Senatorum Regni, ac una Maiestatis Reginalis, perlatae huc fuerint, studium atque operam meam in absolvendo hoc negotio Illustrissimae Dominationis Vestrae polliceor... Datum Cracoviae, XXVI Maii, anno Domini MDXLIX.

a) Vestre Illustrissime Dominationis  
humilis servus et capellanus Samuel  
Episcopus Cracoviensis et Cancellarius.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

N. 1173.

Cracoviae, 28.V.1549.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci  
de falsitate eorum, qui in causa matrimonii ducis cum sorore regis vanis  
dilationibus tempus eludere student; de seditione et ad Turcas  
defectione ducis Rutheni Demetrii Wiśniowiecki; de arce in Hungaria  
a Melchione Balassa oppugnata, a rege Ferdinando capta: de*

*futura coronatione uxoris regis Galliae; de legatorum Moscovitarum Cracoviam proximo adventu.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.377.*

...Illustrissime Princeps.

An iam tandem certi aliquid pro parte sua in negotio matrimonii habeat conclusum, nescio, nam in parte nostra eadem imprudencia et pulchre perversis verbis ludimus. Miror autem illos tam prudentes, cum nihil syncere agant, si credunt tales artes hominibus cognitae non esse, ut tanta temeritate porro utantur atque fallere velle non desistant. Ipsi viderint, an hiis moribus bonae et magnae laudi et existimacioni consulitur. Habet quidem suas laudes varia industria, immo et simultates eciam, presertim in prefectis, sed in commodum suorum et bonam partem bonos viros illis uti debere. Si enim tantum nobis deditos et confidentes vel credentes fallimur,<sup>a)</sup> falsissimi sumus. Amicus enim, qui me (sciens et volens) ledit, nihil differt ab hoste.

Item de rebus Regni nihil video in melius mutatum. Fiunt in dies maiores motus et offensiones, odia et fortasse quedam species coniurationum, male invicem opiniones, suspecte prefectorum practice. Deus finem novit. Accessit preterea rarus casus, vel nescio an casus sit. Dux quidam Ruthenicus, Wiszniewieczki dictus,<sup>b)</sup> iuvenis quidem, sed foeliciter contra Tartaros et id genus exercitatus, mores illius Eustachii Daszkovicz, Ostaffiei dicti, immitans, ita quod plurimos veteranos ipsius Eustachii et alios Kozakos ad partes suas pertraxerit. Scripsit sepius Regie Maiestati, ut provideretur eius laboribus, periculis et similibus, qui tocies Regi et Reipublice tam bene serviverit, ratioque eius haberetur, ut aliorum, qui nihil quam adulantur, aut per Episcoporum intercessionem habita est et habetur. Tandem postremo huc misit, ut illi Regia Maiestas Caniow et Czirkassi, arces finitimas atque Tartarorum excursionibus in primis obnoxias, daret. Alioquin se habere alium Dominum (misitque simul litteras quasdam Turcicas ad se scriptas), atque ut Regia Maiestas tempestive illi significaret, an hoc sit factura. Se expectare non posse dedissequ suo servitori locum et tempus, ultra quod eum ibi frustra quereret. Qui tardius absolvebatur. Scripserant enim officiales aule, qui continue circa Regem sunt, ad eum litteras, monentes et disuadentes, intercessionem suas ad Regem promittentes etc. Iste vero servitor, accepto nescio quo responso regio, nullas alias litteras accipere voluit, tempus a suo Domino assignatum preteritum esse.

Qui interim cum 400 precipuis Kozakis, ubi in campis responsum ad prefinitum diem non accepisset, ad Turcas secessit. Inhonestissime quidem egit, quod ita quasi minis arces a Rege extorquere voluit, presertim si nos nullam causam eiusdem temeritatis dedimus. Sed tamen vereor magno periculo talem eius transmigracionem nobis olim futuram. Est enim ex Despoti familia magna, Palatinus Walachie sive Moldavie<sup>1)</sup> consobrinus eius est, ex sorore patris eius natus. Penitet nos quidem et fortasse pudet facti, sed tamen nos et Regem solamur: Ho, permittatis illum, fallatur. Contra Persas enim ille pugnare iubebitur, quia illi contra nos non credetur. Ita? Contra Romanistas Rutheno, qui hic nihil amplius habet, consumpta substancia, militando pro nobis?

Ex Vienna scriptum habui, quod iam arx illa Melchioris Balaczi, que

tam diu oppugnabatur, ab hominibus Ferdinandi Regis sit capta, 9 tantum in impetu Hispani occisi, 12 vulnerati. In arce 250 trucidarunt, auri, argenti et pecuniae non parvam vim inventam, equos multos bonos. Ipse tamen Balasi non adfuit. Iam ad oppugnationem alterius arcis accesserunt. Groff Nicolaus von Salm exercitum ducit.

Scribitur ibidem Regem Galliae<sup>2)</sup> coronacionem suae uxoris,<sup>3)</sup> quam a Clemente Papa habuit, ad primum diem Iunii instituisse atque ad omnes aulas christianorum Regum publicasse. Futura omnis generis certamina militaria, equitum et peditum, immo etiam (nisi quid ex favore erga Gallos sit additum) duella seria pro vita vel morte instituit, ad quae 7 viros paratos esse, modo quis veniat et tentet. Per 4 septimanas haec spectacula duratura. De tempore et loco Conventus Imperii nihil est certi.

Item ad nos veniunt ex Moszkovia Legati, numero 1.200 equitum, circa finem Iunii Craccoviam venturi. Marszalculus Littwaniae<sup>4)</sup> est apud Dominum Craccoviensem,<sup>5)</sup> uterque intra 6 dies ad celebranda personata iudicia huc venturi. Regia Maiestas, post mortem Domini Boneri,<sup>6)</sup> in salifodinis novam formam et ordinem instituit. Ultima huius huc reditura. Item sollicitat nos et suspectum est colloquium Illustrissimae Vestrae Dominacionis cum Domino Castellano Posnaniensi,<sup>7)</sup> in Risenberk habitum, sed dissimulatur, ne verbum quidem.

Item mitto Illustrissimae Dominacioni carmina Romana, quae si tam pudica sunt, ut faceta et arguta, bene est...

Craccoviae, 28 Maii, 1549.

Stanislaus Boianowski

a) sic in ms., probabiliter pro: fallimus

3) Catharina Medicea.

b) verba: Wiszniewiecki dictus in margine.

4) Nicolaus Radziwiłł « Niger ».

1) palat. Valachiae - Mircea Ciobanul; palat. Moldaviae - Elias II.

5) Ioannes Tarnowski.

2) Henricus II.

6) Severinus.

7) Andreas a Górka.

#### *Annexum:*

Ad Paulum III. De filio interfecto.

Clavibus his opus est et sceptro, Paule, potenti.

In caelum si vis, patefiat iter.

Paule, tuo caeli pateant fac ut atria nato,

Pene<sup>a)</sup> sibi Stygias ille reclusit aquas.

De eodem.

Infernis postquam Farnesius occubat umbris

Infamemque animam regia Ditis habet,

Italiae braccis omni licet ire solutis

Atque suos vulgo non operire natos.

Non pueris vis est, non vis metuenda puellis.

Turpis ad invisum ne muto<sup>b)</sup> cogat opus.

Monstrum etenim terris, quae dextera sustulit illud.

Hos omni Italiae sustulit illa metus.

Contra Caesarem Romae.

Caesaris iniussu Farnesius occidit heros

Et data sunt iussu praemia siccariis.

Tres sunt heredes, dux, Margareta, gemelli.

Hunc socer, hanc genitor, hos spoliavit avus.

Pro Caesare. In Polonia

Facta est Farnesii caedes sine Caesare. Caesar

Autori cedis praemia nulla dedit.

Quid rumore malo spargis mendatia, vates?

Quos soceros, patres, quos male ledis avos?

Margaridi, Octavio, geminis quid dicis ademptum?

Quis pater hanc, socer hunc, hos spoliavit avus?

Ante pater, avus atque socer possiderat, et nunc

Possessor socer est, est avus atque parens.<sup>c)</sup>

- a) *in margine manu Bojanowski:* a. penis, c) *in margine manu Bojanowski:* Octavius, occisi filius, duxit notham Caesaris, ex qua mentula  
b) *in margine manu Bojanowski:* b. idem, gemelli. Erat ergo occisus pater, socer et avus. Idem est et Caesar.

N. 1174.

Posnaniae, 10.VI.1549.

*Andreas a Górká, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci*

*gratias agit duci, quod se certiozem fecerit de legatione ex parte cardinalis Augustani [Ottonis Truchsess] per Leśniewski ad ducem facta; sententiam suam in causa matrimoniali ducis ex responso suo et archiepiscopi Gnesnensis [Nicolai Dzierzowski] regi dato dux intelliget; rogat, ut dux ipsi non germanice, sed latine scribat.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.377.*

Illustrissime Princeps etc.

Magnas ago et habeo Illustrissimae Dominacioni Vestrae gratias, quod me, servitorem suum, litteris suis invisere participemque efficere dignata est earum rerum, quae apud Illustrissimam Dominacionem Vestram nomine Reverendissimi Domini Cardinalis Augustani Iohannes Liesniovski egerit. Cuius legacio si admodum necessaria fuerit, hoc ego relinquo prudenti discussioni Illustrissimae Dominacionis Vestrae. Sed quantum mea fert opinio, existimo eum eius rei gracia missum esse, ut magis exploratoris quam Oratoris vicem obiret. Cui quod Illustrissima Dominacio Vestra ad eum modum, prout ex copia inclusi responsi intellexi, respondendum censuit, plurimum probo. Ea autem, que prefatus Ioannes Liesniovski extra legacionem Illustrissimae Dominacioni Vestrae variis de rebus recensuerit, legi. Ex cuius legacione facile quisque coniecturari potest, quorsum tam Cesareae quam Romanorum Maiestatum intenciones tendant. Utinam illarum Maiestatum is animus inesset ad vindicanda in libertatem ea dominia, que per Turcam, cristiani nominis hostem, possessa et in servitutem redacta sunt, qualis est ad possidendas et ex liberis serviles facere dicionem Regum et Principum cristianorum, sique eo vires et conatus suos omnes intenderent, tum demum merito atque optimo iure scribere solitum ritum suum possent plus ultra. Sed quando ista erunt, videbimus, si vivemus, cicuius in Prussiam quam in Turciam vires suas eos conversuros. Sed utinam vanus vates sim!



Quod etiam Illustrissima Dominatio Vestra admonetur, ne se in amicitiam Regis Galliarum<sup>1)</sup> conferat, occurritur, ut dici solet, tacite quaestioni, conanturque precludere viam, ne illinc tempore ingruentis necessitatis parentur subsidia, unde et expectari et prestari possent. Sed si gracia divina nobiscum erit, nullum dubium, quod etiam tam callida consilia eorum in cassum ibunt.

De rebus Gallicis nihil aliud apud me invenire possum preter id, quod iam antea Illustrissimae Dominacioni Vestrae declaravi, neque video, cur huiusmodi legacio me a instituto meo amovere deberet. Experiemur, quorsum cedit.

Quod autem Illustrissima Dominatio Vestra isdem<sup>2)</sup> litteris suis a me postulare dignata est, ut operam meam navarem, quo Illustrissima Dominatio Vestra finale tandem responsum in hac matrimoniali causa, sive in hanc sive in illam partem, nancisci sine ulterioribus dilacionibus posset, equidem pro mea in Illustrissimam Dominacionem Vestram fide et observancia, ut aliis in rebus, tum etiam hac in re libenter gratificarer Illustrissimae Dominacioni Vestrae. Sed, ut ingenue fatear, difficillimum est me posse quidquam hac in parte Illustrissimae Dominacioni Vestrae servire. Cum ad hoc negocium, quamvis iam satis a longo tempore tractari ceptum est, nedum ad consilium actersitus sum, verum etiam ne tantillum quidem ad me delatum est preter eas litteras, quas Illustrissimae Dominacioni Vestrae, Risenbergae existens, monstravi. Profecto me admodum male habet, quod Illustrissima Dominatio Vestra ita ab his hominibus tractatur quodque hi, qui plurimum operas suas hoc in negotio Illustrissimae Dominacioni Vestrae aduc a principio dedicarant, alios se erga Illustrissimam Dominacionem Vestram, quam ingenuos amicos deceat, exhibent. Rebus itaque sic stantibus, quomodo me eum erga Illustrissimam Dominacionem Vestram prebere et exhibere possum, qualem maxime cuperem et vellem? Ad quem autem modum per Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Gnesnensem<sup>2)</sup> et me unis eisdemque litteris Sacrae Maiestati Regiae ad illas Maiestatis Suae litteras responsum est, Illustrissima Dominatio Vestra ex transumpto<sup>\*)</sup> litterarum nostrarum, quem his presentibus annexum mitto, intelligere dignabitur. Neque utriusque nostrum in alium modum responsum accommodare licuit, nisi in quem requisiti sumus.

Ceterum a Illustrissima Dominacione Vestra idque magnis et diligentissimis precibus oro, quatinus hoc ad tam diligentem petitionem meam<sup>1)</sup> facere vellet, quod, quocienscumque Illustrissimae Dominacioni Vestrae occasio scribendi ad me se offerret, scribere illas velit Latino, non Germanico ideomate,<sup>2)</sup> nam utrumque mihi magno cum labore venit, hoc est et legere et intelligere, que Germanice scribuntur. Nec dubito, quin hoc apud Illustrissimam Dominacionem Vestram impetraturus sum, cum revera ex huiusmodi Illustrissimae Dominacionis Vestrae litteris, que ideomate Germanico scribuntur, non possum me ita, ut deceat, explicare neminique ex meis soleo ea, que manu Illustrissimae Dominacionis Vestrae ad me scribuntur, communicare...

Datum Posnaniae, 10 Iunii, 1549.

Illustrissimae Dominacionis Vestrae servitor  
Andreas Comes a Gorka, etc. manu sua scripsit.

a) *super lineam.*

2) *Nicolaus Dzierzgowski.*

z) *sic in ms.*

\*) *deest.*

1) *Henricus II.*

Cracoviae, 11.VI.1549.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Assuero Brandt, oratori et consiliario ducis Alberti,  
de discessu Cracovia scholarium et iuvenum studiosorum, a rectore  
Universitatis, Nicolao Sadek, citatorum, ut se actores constituent  
in causa homicidii et vulnerationis quorundam eorum per servitores  
Andreae Czarnkowski, scholastici Cracoviensis, perpetratae.*

*Vest. sigilli*

*(Annexum: de causa occisionis octo studiosorum iuvenum per famulos praepositi Czarnkowski)*

*H B A , B 2 , K.377.*

Salve, mi Asuere.

Habui litteras tuas ex Soldavia, quibus tam copiose te excusas, dicens te non habuisse tempus, ut tuam ex Niepolomicze absolucionem significares, ut fere paucioribus verbis rem ipsam, quam excusacionem, comprehendi potuisse credam. Que autem mihi Pohibel dixit, neque ego intellexi, neque ipse. Post tuum a nobis discessum, non est quod scribam, preter quod studiosi et scholares abiverunt ex illo motu, cui adfuisti, et Principi, ut puto, aliisque principia narrasti. Nunc tibi eius epilogum mitto. Rogo te preterea, ut Dominum Cancellarium<sup>1)</sup> nomine meo honorifice salutes atque hec, que mitto, legenda, si volet, dabis. Itidem Domino Georgio Sabino facies. Item Secluciano nostro etc. Vale et me tuum ama. Cracoviae, 11 Iunii, 1549.

Stanislaus Boianowski.

<sup>1)</sup> *Ioannes a Kretzen.*

*In dorso alia manu:*

Nicolaus a Sadek, theologiae professor, Decanus ecclesiae Sancti Floriani ac Rector Studii Cracoviensis, Reverendis Magistris contuberniorum generalium ac scholarum privatarum omnium parochiarum notificat et mandat ex commissione Reverendissimi Domini Samuelis, Praesulis Cracoviensis atque Studii nostri Cancellarii, ut quisque vestrum domus, cui praeest, inhabitatoribus praecipiat, si quispiam eorum velit et debeat proponere et caussam agere contra Reverendum Dominum Andream Czarnkowski, Scholasticum Cracoviensem et Praepositum ecclesiae Omnium Sanctorum, hic Cracoviae, occasione violentiae illatae et homicidii atque vulnerationis plurium studiosorum, quatenus in scriptis det et reponat intentionem suam et iniuriam horum vel suam, et peremptorie<sup>a)</sup> die Martis proximo, hora 14, in residentia Suae Reverendissime Dominationis exhibeat<sup>b)</sup> vel compareat, ut comprobetur violentia vel declaretur innocentia accusati Domini Reverendi Scholastici et Praepositi scholae eiusdem, liberumque erit cuicumque illorum coram Rectore Universitatis comparere atque animi sui sententiam declarare, ut cuique iusticia administratur oportune et libertatis violentiae integritas possit quoquomodo resarciri et instaurari. Actum Cracoviae, die XVIII Maii, 1549.

Rectoris sub sigillo.

a) *in margine manu Stanislai Bojanowski:*  
sis actor, panem ostendit, sed lapidem daret.

b) *in margine manu Stanislai Bojanowski:*  
ad respondendum cogere licet, ad accusandum nunquam vid.

*Postscriptum manu Bojanowski in eodem folio (in dorso):*

Cum non possent minis et periculis studiosos, ut hanc iniuriam tacite devorarent<sup>a)</sup> [adigere], volebant abstrahere hac arte, ut ex causa et violentia, in publicam et privilegiatam domum commissa, privatam litis contentionem introducerent, ut scilicet studiosi agerent, ut actores (suaque nomina inscriberent propter maius suum periculum). Quod officium facere debebant. Et hac ratione comoti, omnes mirabili constancia discesserunt, non solum ex Universitate, sed ab omnibus ecclesiarum scholis. Que res pessime nostros habet, quamquam inicio parum refferre dicebant, nec tamen eciannum satis perpendunt. Ego credo cum tempore parituram hanc causam Regi et clero tantam difficultatem, ut equare vel superare nuper preteritas vel agitatas, ne dicam ceptas, turbas posset.

Cum autem isti abicionem adornassent, nec severrimis mandatis regiis, nec istis artibus retineri possent, capti sunt decem servitores Czarnkowski, ut hac ratione placarentur. Sed suspicantur multi ex pacto captos, nam nihil aliud paciuntur, quam bene tolerabilem detentionem. De puniendo ne verbum quidem, postquam isti discesserunt, mirabili omnium, eciam aulicorum, erga illos affectu et permocione ac munificencia.

a) in ms. dovorarente

*Annexum: Scholares Cracovienses de occisione octo collegarum suorum per servitores Andreae Czarnkowski.*

Etsi non desint, qui pietatem nostram hanc condemnent, qua post illam satis crudelem ac omnibus hominibus miserandam nostrorum fratrum caedem commoti id fecerimus, quod nos charitas christiana facere impulit, tamen solatur nos ante omnia conscientia omnium nostra, cum timore Dei iureque naturali ac omnium bonorum sententiis coniuncta. Quum nemo tam stultus imprudensque sit, qui quid agatur non intelligat, quod tantum facinus<sup>a)</sup> hactenus sic impunitum maneat, non immerito quavis hora simile aut maius quoque sperandum ac expectandum nobis fuerit. Deinde quia re<sup>b)</sup> deventum est, ut nostrae huic miseriae<sup>c)</sup> calamitatisque deplorandae locus tuto non datur, et cum non minus hoc quoque acerbe ferre videntur, quod nos, iusto dolore commoti debitaque necessitate perciti, nihil aliud egimus, quam rebus nostris et securitati consulentes petiimus, ut haec nostrae libertatis violatio privilegiorumque labefactatio in tempore atque in ipsis initiis emendetur. Caeterum quoniam nobis undique incumbunt tot molestiae, quid aliud tandem faciendum quoque alio confugiendum, non videmus, nisi ut sanguinem innocentem fratrum nostrorum vindicandum in manus Domini relinquamus. Cuius si ulciscendi fuerit haec voluntas, firma nobis ac certissima spes est eum hoc facilius citra nostros labores conatusque praestitutum atque nostri sanguinis vindictam apertius ac cum maiori huius flagitii authoris dolore ostensurum. Sin ignoscendi ipsi placuerit sententia, illius erit una et perpetua voluntas.

Nos autem eam rem, iniuriae nimirum nostrae dolorisque deferendi curam atque sollicitudinem, hoc tempore praetermissam esse volumus. In hoc tamen nulli praeccludentes<sup>d)</sup> iter, neque cognatis affinibusque eorum, qui ista nefaria, atroci atque inaudita sorte<sup>e)</sup> intercepti sunt.

Neque his, qui e manibus inimicorum elapsi, misere tamen lacerati sauciatique spiritum hactenus vix ducere possunt.

Porro quod attinet mandatum, Excellentissime Domine Rector,<sup>1)</sup> quo visi atque commoniti sumus, ut nos in iudicio apud Reverendissimum Episcopum,<sup>2)</sup> pro nostris fratribus causam acturi, sistamus, deinde ut nostrorum quisque institutum suum voluntatemque scripto ostenderet, qui causam agere contra Dominum Czarnkowski vellet. Quod omnes dum perlegimus, non parum mirati sumus. Nec causam, cur nos tali mandato alloqueretur, reddere potuimus, quum id, neque cum apud Episcopum essemus, neque cum Regis Maiestati nostras miserorum iniurias referremus, a nemine unquam audiveramus, nisi forte post illum ab Episcopo discessum id Excellentiae Tuae demandatum fuerit, ut nos tali mandato, rerum omnium veluti gnaros, exterreret. Sed ad extremum et Excellentia Tua et omnes alii, si nostram cuiusque sententiam perspicere habereque volunt, paucis voluntatem omnium nostram accipiat.

Nos omnes, nostris rebus, studiis, vitae denique securitati consultum esse volentes, consiliis inter nos ultro citroque agitatae habitisque, uno consensu in hoc devenimus, quoniam certis et iustis de causis, quas non nos modo cernimus, sed omnes homines aperte vident, cognoscunt et manibus propemodum suis attrectant, tanto negotio nos implicare nolumus, ut causam acturi in ius descendere deberemus atque ob hoc, quod amore christiano excitati fecimus, responderemus. Haec enim res omnium bonorum sententia haud ad nos pertinere videtur. Nam neque id antea egimus, neque nunc agere cupimus, ut pro nostrorum fratrum tam miserabili nece iure agamus. Immo, ubicumque in hoc acerbo solisque nobis magis dolendo casu fuimus, ubicumque hanc nostram iniuriam deploravimus, id ipsum indubie aperte professi sumus, quia et ante Excellentiam Tuam, et ante Reverendissimum Dominum, et ante Sacram Regiam Maiestatem, iustissimum ac clementissimum Dominum, onus hoc in nostris humeris portare semper rennuimus, ut iudicia ulla persequi deberemus.

Nostra sola haec erat sententia: hunc miserandum ac infoelicem casum coram Deo primo, deinde coram his, quos Deus humanarum rerum praesides esse voluit, coram omni humano denique officio manifestare, praeterea ut nostrorum omnium vita in tutiori loco collocetur, privilegia libertatesque, per nefariam caedem labefactatae, non negligantur, petere. Quocirca comparere iudicio in hac re amplius nolumus, neque etiam possumus coram omni iudicio. Quod si cui nostrum etiam parvulo, excepto Nicolao Odachowski, vis ulla potestasque inferatur aut quaecumque negotium exhibeatur in ea causa, ea hora, quacumque acciderit id, omnes ad unum Cracovia excedere et domos proficisci nostras volumus, voluntati se atque consilio parentum, amicorum, affinium subiecturi ex eorumque autoritate omnia acturi. Haec est voluntas, haec intentio, Excellentissime Domine Rector, quam scire uniuscuique aut in universum omnium refert, quae non est diversa discorsque, sed una et eadem omnibus, in qua nec divisi, distracti sumus, nec nos dividi cupimus, nihil dicere, nihil sentire, quod non sit omnibus commune. Non nos neque iuri agundo discimus, neque sic apud omnes homines gratiosi sumus, ac ii sunt, qui hoc, quod factum est, peregerunt, et qui reos<sup>3)</sup> suffulciunt adiutantque. Et ut maxime huic oneri ferendo essemus, et tempus et status et sumptus parentum ad haec, a liberalibus disciplinis abiicientes prorsus animum,

absumeremus, quae res cum quanto omnium nostrorum malo detrimentoque fuerit, hoc quisque apud se bonus mentisque compos expendere apud se poterit.

a) in ms. facimus

b) sic in ms., forsitan recte: quare

c) in ms. miseris

d) in ms. praeculentis

e) in ms. corde

f) in ms. res

1) Nicolaus a Sadek.

2) Samuel Maciejowski.

N. 1176.

Cracoviae, 14.VI.1549.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R.P. cancellarius, Alberto in Prussia duci de Ioanne Leśniewski cum litteris a cardinali [Ottone Truchsess] ad ducem a rege misso, sententiam imperatoris in negotio connubii sororum regis declarantibus.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Hunc Dominum Liesniewski potius quam quenquam alium ad Illustrissimam Dominationem Vestram cum litteris, a Reverendissimo Domino Cardinale missis, ire voluit Maiestas Regia. Quibus mentem et animum Caesareae Maiestatis Reverendissimus Dominus Cardinalis declaravit, ut scilicet famulus Domini sui litteras et legendas Illustrissimae Dominationi Vestrae daret, et easdem ad nos referret. Vel hinc Illustrissima Dominatio Vestra cognoscat licebit non accidisse negligencia nostra, quod tantopere Maiestas Regia Dominum Asuerum Branth hic remorata est. Expectabat enim, ut Caesareae Maiestatis cognosceret voluntatem, sine qua nihil sibi de connubio Serenissimarum sororum statuendum putavit.

Quoniam autem Dominus Asuerus mandato Illustrissimae Dominationis Vestrae se redire celerius iussum dixit, quam ut posset expectare, donec Caesareae Maiestatis sententiam perspectam haberemus, memor tamen promissi sui Maiestas Regia nihil morata, cum iisce litteris ad Illustrissimam Dominationem Vestram misit...

Datum Cracoviae, XIII die Iunii, anno Domini MDXLIX.

<sup>a)</sup> Vestre Illustrissime Dominationis  
servus et capellanus

Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniae  
Cancellarius subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

*Sub textu manu Samuelis Maciejowski adscriptum:*

Tum, cum hinc Dominus Asuerus profectionem instituisset, scriptae erant ac missae ad Regni Consiliarios literae, quibus sententiam, quid esset ante significationem imperatoriae voluntatis de hoc connubio Maiestati Suae statuendum, Regia Maiestas rogavit. Quidam responderunt, quidam se huic consultationi non adfuisse unquam nec consilium dare posse scripserunt. Eorum, qui responderunt, sententiam ex litteris Maiestatis Regiae intelligit Illustrissima Dominatio Vestra.

*Andreas a Górka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci*

*de legatione Stanislai Hosii ad regem Romanorum [Ferdinandum I]; de Nicolao Dzierzowski, archiepiscopo Gnesnensi; de citatione Stanislai Matthaei Stadnicki pro crimine laesae maiestatis; de legatione ad duces oratoris cardinalis Augustani [Ottonis Truchsess], Leśniewski; de responso ducis ad eam legationem, imperatorem [Carolus V] male habente.*

*Sigill. Autogr.*

*(Annexum: exemplum litterarum regis Sigismundi Augusti ad Stanislauum Matthaeum Stadnicki, polonice scriptarum)*

*H B A, B 2, K.377.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Legi ea, quae Dominus Osius, nominatus Episcopus Culmensis, apud Serenissimum Romanorum etc. Regem Oratorem agens, egerit. Quae quamvis antea aliunde ad me perlata fuerant, tamen quod mihi etiam ea Illustrissima Dominatio Vestra communicare dignata est, magne a me Illustrissimae Dominacioni Vestrae habentur gratiae. Faxit Deus Optimus Maximus, ut huiusmodi tractatus aliquid nobis boni adferant, sed ego vereor, ne aliquid diversum parturiant.

Quam autem hoc Reverendissimo Domino Archiepiscopo Gnesnensi,<sup>1)</sup> mihi quoque placeat, quod ista inscio et inconsulto Regni Senatu tractari cepta sint, hoc iam Illustrissima Dominatio Vestra ex illo transumptu litterarum nostrarum, quibus in commune per nos Maiestati Regiae responsum est, intelligere dignata est. Mirari certe satis non possum, quod illi Domini non erubescunt tam multa polliceri Maiestati Domini mei de amicitia Caesaris et Regis Romanorum, quodque de his negociis, quae ad omnes Status incliti huius Regni spectant, suo proprio ingenio confisi statuere quidquam audent. Hoc certo Illustrissima Dominatio Vestra credere potest, si nobis ita clare in illis Maiestatis Regiae litteris negocium hoc descriptum fuisset, ut Prage tractatum est, multo aliter per nos Maiestati Suae per nos<sup>2)</sup> responsum esset, quamvis existimo per nos pro ratione temporis satisfactum esse.

Quod autem hunc Illustrissimae Dominacionis Vestrae puerum aliquantum diucius apud me retinuerim, Illustrissima Dominatio Vestra boni consulat, oro. Duplici enim de causa per me factum est: primo, quod me ex istis Illustrissimae Dominacionis [Vestrae] litteris, Germanico ideomate<sup>2)</sup> scriptis, non tam facile, immo difficillime resolvere possum, ideo Illustrissimam Dominacionem Vestram iterum idque diligentissime oratam velim, quatinus priori petitioni meae locum dare meque compositionem voti efficere dignaretur, alterum est: citatus est his diebus per Maiestatem Regiam pro crimine laesae Maiestatis Dominus Stadniczki, affinis Domini Martini Sborovshki, Castellani Calisiensis. Quid autem huiusmodi citatio in se habeat, hec facillime Illustrissima Dominatio Vestra pro sua prudentia reputare potest. Hec res mirum in modum movit universos homines, presertim eos, qui bene volunt fere labenti Reipublicae nostrae, nam hoc declarari Deo dante suo tempore poterit: eum innocentem citatum esse. Vereorque plurimum, quod si altera citatione citabitur,

priori enim se non sistet, quod nobis omnibus his, quorum sententiae in Comitiis Piotrcoviensibus proxime transactis de bono statu Reipublicae Regni huius una convenerant, Cracoviam eundum erit. Expectavi- que de die in diem, ut aliquid certi Illustrissimae Dominacioni Vestrae hoc in negotio scribere potuissem. Sed cum hunc puerum diucius apud me retinere non ausus fuerim, quorsum postea hec res cedit, non pre- mittam Illustrissimam Dominacionem Vestram suo quoque tempore cerciorem reddere. Nihilominus mitto Illustrissimae Dominacioni Vestrae transumptum prefate citacionis. Quod quamvis lingua Polona scriptum est, Illustrissima Dominacio Vestra dignabitur committere alicui ex nu- mero suorum, quos eidem non deesse scio, ex Polonico in Latinum transferre.

Excusacione, qua Illustrissima Dominacio Vestra usa est, quod manu sua litteras scribere ad me dignata non est, nulla opus fuit. Optime enim contentus sum, quod manu Illustrissimae Dominacionis Vestrae Cancellarii,<sup>2)</sup> hominis, ut citra omnem assentacionem scribam, et prudentissimi et integerrimi, scripte sunt.

Adventus Enderle Hess non minus gratus apud me erit, quam est necessarius. Gracior tamen apud me est Illustrissimae Dominacionis Vestrae gracia, que illum ad me venire facit.

Allocutus sum hesterno die quendam probate fidei hominem, qui aliquot ante dies Cracovia rediit. Is mihi pro re certa dixit, quod Iohannes Liesniowshki, rediens a Illustrissima Dominacione Vestra Cracoviam, coram Maiestate Regia ceterisque Consiliariis dixit se in eum modum absolutum per Illustrissimam Dominacionem Vestram esse, quod hec res Cesarem procul dubio male habitura est. Quod animum Maiestatis Regiae quodammodo movit iussusque est iterum redire ad Illustrissi- mam Dominacionem Vestram, cui Maiestas Regia addidit unum ex suis, per quem Illustrissima Dominacio Vestra nomine Maiestatis Regie admo- nebitur, ut responsum suum in eum modum accomodare vellet, ut gra- cior sit Cesari. Quamvis ego memoria teneo, quod prefatus Liesniowshki apud Illustrissimam Dominacionem Vestram nihil Caesaris, sed Domini sui, Cardinalis Augustani, nomine egerit, responsumque tale per Illustris- simam Dominacionem Vestram datum esse, quale merito Cesarem movere non potest, nisi hoc sit, quod Illustrissima Dominacio Vestra Interim acceptare noluerit. Sin autem prefatus Liesniowshki profectionem suam ad Illustrissimam Dominacionem Vestram continuabit aut non, hec res diu celari non poterit...

Datum Posnanie, 18 Iunii, 1549.

Illustrissimae Dominacionis Vestrae servitor  
Andreas Comes a Gorka etc. manu sua scripsit.

z) sic in ms.

2) Ioannes a Kreitzen.

1) Nicolaus Dzierzowski.

*Annerum: Sigismundus Augustus ad Stanislaum Matthaenum Stadnicki, 13.V.1549, ut coram iudicio regio compareat et de crimine laesae maiestatis se purget.*

Sigmunth Augusth, z bozey mczi Krol Polski, etc.

Thobie, slachetnemu Stanislawowi Mathussowi Stadniczkiemu ze Smygroda y z Dubieczka, a na Naklie dziedziczowi y z gynnego dobra

thwego, kthoremkolwiek obiczaiem w kroliesthwie nashym przez szczią mayaczego y posyadlego. Ieslizesz ieszcze iesth ossyadalem, yako ossyadlemu, yeslizesesz thesz iesth nyeossyadli, thedi yako nyeossyadlemu, prawom y zapysom ynnych ossob tam nycz nyeszkodzac, przikazuyemy, aby przed namy a Radą nashą y shadem nashym croliewskym w ponyedzialek po swięczie Swyąthei Troiczy bliscze przisley w Krakowie, abo tham gdziebismy na then czas s dworem naszym szcziawie bily, ocziwyszcie a wasnye stanal naprzeciwko Maiestatu nashemu shamemu y na popieranye a foldrowanye<sup>2)</sup> instigatora urzędu naszego, pozywamy szczią z urzędu naszego y s potrzebi Rzeczy Pospolithej nassey Koronney, o tho, ysz thi przodkiem na okazanye tilko poddanosc y wyernosc thwą smyslyayacz, slowi tilko brzmyacz. A skutkiem yako szczią s postępku rzeczi okazuye, umyslem twym kthori masz, przeciw nam okazuyacz yawne odstąmpyenne thwoye y lyudskie prawa zanyedbawszi, zgardzywssi y zarzuczwssi, odloziwssi naprzod boiaszn boską, pothym wsgardziwssi dostoyensthwo nashe croliewskie, nam, croliewi polskiemu, to iesth twemu y wshey Coruny obiwatelom zwyerzshnemu panu, a prawu pospolithemu, poddanosc twą y poslussensthwo powynne huymuyancz, rospusthnymy a wssetecznyimy usthy thwym, nycz nye wsthidzac szczią prawdy wyadomosci lydskiej,<sup>2)</sup> uporne nyeslussnye a nyepoboznye smyalesz yawnye w Lyelyowye na rokach zyemskich Lielowskich blisko sądzonych y przy bithnosci wielye lyudzi y swyathkow wyari y czczy godnych, omawyayancz slawa, powagą, dostoienswto, zwyerzshnoszc y wladze nashe croliewskie, po panye Bodze w Korunye naschey pyrwsse, ganycz y stroffowacz urzadz nasz croliewski w sprawie prawa pospolitego y w shandziech nashych y nyczemne wyroki czinyacz, a skazny nasze, a zwlascza wiok nasz myedzi tobą yako pozwanym s yedney strony, a slachethnimi Anną, urodzonego Procopa Pienya zoną, y Jadwigą dziewczkamy, potomkamy wasnymy urodzonego Iana Pukarzowskiego, yako powodem s drugiey strony. Na Seymye walnym piothrcowskim blisko przislym, przez nasz uczyniony o rąkoyemsthwo przerzeczonego Iana Pukarzowskiego, oycza przerzeczonych dziewczek, przez szczią w rącze urodzonej Anny Mossynskiej okolo rządu konskiego srebrnego pozloczistego, przez szczią poziczonego, yako w sobie sherzey then decreth omawya, kthori decreth na Seymye walnym przeslym przez slussny bil uczyniony, y przeciwyayacz szczią moczy a wladzy nashey croliewskiej, a w nyeyaką wathpliwosc przywodzacji, skodliwem thwym przikladem ymye ku thakowym rzeczam swowolnoszczi pobudzayacz nyeposlussnye, burzlywie ządalesz y naparlesz szczią u sąndu przerzeczonego ziemskiego Lelowskiego, yzebi themu decrethowi myescza w sądzie swym nye dawali y po wyelyu ynnych mow thwich y powyesczi thwoych nyeslussnych, proznych, nyepzisthoynych a nyepodobnych, kthore yawnye znaczą początki podburzenya przeciwko Maiestathu naszemu, nyeposlussensthwo twe, krnąbrnoszc, przeciwyensthwo y odstąmpyenne thwoye w ssobie zawyerayancz. Doloziesz thego, yakobi kasdemu wolno dopuszczicz szczią shądicz abo nye shądicz, wedlie szerszych twoich postępkow y powieszczi swowolnych yawnych y burzlywych, thesz w kxygi ziemskie Lielowskie na domawyanie thwoie wyedzionich, kthore przerzeczone wssysthkie rzeczi nye rzsskacz thwoyey ossobie, ossoblivey nye wedlia myescza czassu, przeciwko powynnosczi thwoyey y ynym rzeczam przislushestwu uczczywosci y powynnosczi thwej nalezney mowczy czynycz tobye nycz przistalo. Ale thesz zadnemu ynnemu, kthoregokolwyek stanu spossobu y przelo-



zenya lyudziom, na kthorymkolwiek myescu y czaszu, zwlaszcza w Koronye naszey, ku zelzenyu ymyenya nashego y ublizenya wladzy a zwyerzschnosci nashey, taka swowolnoscz nye przistogi. Kthore wssithky twoye mowy y uczynky shą zbithne, omylne, nyesthateczne, a przeczywko nam burzliwe y ku odsthanyu od nasz pobudzaiacze. Zwlaszcza w tak wielkiew yawney wyadomosci a prawye wyedzenyu yawnych spraw nashich; ktoremysztho przerzeczonymy mowani, slowy y uczynky twymy, stawą y ymyą, dosthoiensthwo, powagą, wladzą y zwyerzschnoscz croliewska nyepoboznye, burzlywie a swowolnye obrazilesz. A s tymesz vpald wistampek a winą<sup>9)</sup> obrazenya maiestatu nashego w oshobie naszey wlasney, jako thobie the wssysthky rzeczy sherzey na roku banda wypowiedziany, czo sobie przeczywko tobie szaczuyemy y wazemy, na winy y pokuthi, thak wyelkiemu wisthampu thwoyemu s sprawa nalezne. Nye telko z ustaw ynnych ziem, alie thesz moczą uchwal corunnnych, na czyą, abi byli szągnony, o kthori wystampek obrazenya maiestatu chcemy czią pokonacz slussnymy dowodi, thesz slow, powiesczy y uczynkow twych sądownye abysz odpowyadal. Dan w Kracowie, w ponyedzialek przed s. Urbanem blisko przislým. Liatha Panskiego thissyacznego pyąthssethnego cztherdziestego dziewyathego.

a) *sequuntur aliquae litterae expunctae.*

z) *sic in ms.*

N. 1178.

s. l. 21.VI.1549.

*Ioannes Policki*

*Alberto in Prussia duci*

*equum eunuchum mittit; Felicem Zerzyński (in ms. Schirschintzka) commendat, ut iterum in numerum servitorum ducis recipiatur; rogat sibi significari, an boves mittere debeat.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

N. 1179.

*Jabłonna, 24.VI.1549.*

*Ioannes Jabłonski*

*Alberto in Prussia duci*

*pro annuo stipendio sibi a duce assignato gratias agit, ad quod recipiendum servitorem mittit; nobilem puerum Zerzyński (in ms. Zirzinski), qui apud praefectum stabuli ducalis vivit, commendat, cuius pater duci equum dono mittit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.377.*

Ośnica, 29.VI.1549.

*Andreas Sieprski de Golczewo, palatinus Ravensis,  
Alberto in Prussia duci  
cognovisse se scribit filium suum, qui in numero aulicorum ducis reputa-  
batur, ex aula ducis discessisse; cum tamen domum non redierit, ro-  
gat, ut eum dux quaeri et inventum ad se remitti iubeat; simul ve-  
niam petit ei, si ob iuventutem suam in aliquam indignationem ducis  
inciderit.*

Sigill.

H B A, B 2, K.377.

Posnaniae, 3.VII.1549.

*Andreas a Górka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
per Casparum Lehendorff mittit exempla litterarum archiepiscopi Gnes-  
nensis ad regem de indicendis Comitibus et litterarum regis archiepisco-  
po respondentis.*

Sigill.

*(Annexa: exemplum litterarum archiepiscopi Gnesnensis [Nicolai  
Dzierzowski] ad regem de die 14.VI.1549 et responsi regis de die  
22.VI.1549)*

H B A, B 2, K.378.

Illustrissime Princeps etc.

Generosus Casparus Lenhdorff,<sup>a)</sup> unus ex famulicio Vestrae Illustrissi-  
mae Dominationis, retulit ad me ea, quae illi erant abs Vestrae Illustris-  
sima Dominatione demandata. Quem, nomine Vestrae Illustrissime Domi-  
nationis disserentem, animo propenso audivi ac vicissim eidem quedam  
ad Vestram Illustrissimam Dominationem perferenda dedi. Neque dubito,  
quin omnia integre sit ad Vestram Illustrissimam Dominationem perla-  
turus. Quod superest, peto abs Vestra Illustrissima Dominatione, ut me  
gratia sua prosequatur... Datum Poznaniae, III Iulii, 1549.

<sup>a)</sup> Illustrissimae Dominacionis Vestrae servitor  
Andreas Comes a Gorka etc. manu sua subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

z) sic in ms.

*Annexum I: Nicolaus Dzierzowski, archiep. Gnesnensis, ad regem,  
14.VI.1549, de perturbato statu Reipublicae et de Comitibus cito indi-  
cendis.*

Sacra et Serenissima Regia Maiestas, etc.

Cum ab Ecclesia mea Gnesnensi ad hec bona venissem, faciendum  
putavi, ut Maiestatis Vestrae optatissimam mihi valetudinem nuntio  
et litteris meis viserem, partim officio meo volens satisfacere, partim

constans studium atque observanciam meam Vestrae Maiestati declarare. Simul etiam ea ad Vestram Maiestatem esse scribenda putavi, quae vel fides mea Vestrae Maiestati debita, vel horum temporum ratio mihi supeditavit. Etenim si quisquam hominum est, cui Vestrae Maiestatis dignitas atque amplitudo sit charissima vel antiquissima, cuive Respublica Regni huius maximae sit curae, eum ego me esse profiteor. Quod tanto libencius facio, quanto minus personae, quam gero, ac officii mei immemor sum atque ignarus. Tametsi autem incumbenti mihi oneri vires meas video esse longe impares, tamen divino fretus auxilio, conor pro virili actedere vel saltem ad aliquam similitudinem boni, fidelis Vestraeque Maiestatis ac Reipublicae amantissimi Senatoris.

In eam vero muneris mei cogitationem quociescunque venio, venio autem sepius, tocies fit, ut nihil in vita exoptem magis, quam posse me quoquomodo tam Vestrae Maiestati quam eius Reipublicae operam atque fidem meam prestare. Neque enim satis explicare possum, quanto me subinde conficiat dolore is perturbatus quodammodo Reipublicae status, quem aetas haec nostra neque antea viderat, neque sperabat se visuram unquam. Quis enim (nisi forte hostis patriae sit) non doleat offerri subinde occasiones, quibus Regnum hoc florentissimum pristini splendoris tranquillitatisque suae non mediocre subeat periculum? Quis non doleat primum ipsum Maiestatis Vestrae Senatum esse in dissensione, Vestram denique Maiestatem in subditis suis, hos contra in illa, nescio quid desyderare, ut iam barbarus sit oportet, qui iis rebus vel delectari vel laeta sibi hinc polliceri audeat. Sed cum obscurum non sit nullum unquam extitisse tam foelix Imperium, quod aliquam vicissitudinem expertum non sit, nec nos etiam quicquam nobis actidisse novi putare debemus, vel ita animo concidere, ut qui isthaec propter nostra fortasse delicta nobis inflixit, Deus, idem ea ipsa laetioribus mutare eamque afflictionis amaritudinem consolacionis dulcedine tollere non possit. Poterit sane, modo voluerit. Volet autem procul dubio non deesse iis, quos singulari beneficio suo hactenus tutatus est.

Qua de re ego, indignus, precibus meis illius Maiestati interpello, hoc idem facit piorum hominum magnus numerus, quorum orationum fructum tum demum Respublica se percepisse putabit, cum Vestram Maiestatem, nempe salutem patriae atque nostrum caput, viderit animum omnemque cogitationem suam huc intendisse, ut primum nos, membra sua, deinde ceteros subditos suos eo, quo par est, nempe paterno amore prosequatur, tum omnem amplectatur occasionem, qua subditorum amorem atque benevolentiam illi demereri liceat. Quae vero vel hanc imminuere, vel Reipublicae tranquillitatem infestare videantur, ea omnia tollenda esse putet, illius vel imprimis Maiestas Vestra memor unicuique Principi nullum vel firmissimum praesidium vel instructiorem thesaurum esse posse subditorum suorum favore atque benevolentia.

Harum rerum cogitatio cum me iam pridem redderet sollicitum videremque ea, quae ab omnibus desyderantur, acceptaque isthaec incommoda nullius privata opera sarciri posse, binis litteris meis, Zvena<sup>2)</sup> ad Vestram Maiestatem datis, id unum precipue Vestrae Maiestati suadebam eamque rogabam, ut Comitia Maiora aedicere dignaretur, in quibus de omnibus Regni rationibus agi atque tandem definiri possit. Quae scripta mea quo animo Vestra Maiestas acceperit, ignoro. Nulla enim a quopiam ea de re data est mihi significatio. Cum autem fides mea, Vestrae Maie-

stati et Reipublicae debita, huc me adigat, ut, quod semel cepi, non prius rogare desinam, quam impetraro, Vestram Maiestatem iterum rogamdam atque etiam per omnia sacra esse obtestandam duxi, ut eadem ipsa Comitia actelerare velit. Ea vero negocia, quae Maiestati Vestrae cum subditis intercedunt, in illa plane reiiciat. Neque quicquam, quod magni presertim sit momenti, commode aut consulte se vel suscepturam vel confecturam putet, maiore Senatorum suorum parte inscia atque absente. Cum Maiestas Vestra non ignoret, ubi multa sint consilia, ibidem esse salutem.

Hoc Respublica, quae in Vestra Maiestate precipuam secundum Deum spem habet repositam, quantum quibusve de causis ab illa expectet, planius est, quam ut commemorare sit opus. Hoc idem optat divus ille Vestrae Maiestatis parens, qui per omnem vitam nihil studebat magis, quam ut undique pacatum atque tranquillum Regnum Vestrae Maiestati traderet. Hoc Serenissima Maiestatis Vestrae genitrix sororesque prudentissimae sibi a Vestra Maiestate dari postulant. Illa enim in Vestra Maiestate educanda curam adhibebat vel eo libencius, ut Maiestatem Vestram bene ac beate videret viventem atque imperantem. Hae vero ita demum tranquilliori ac letiori animo suum (ad quem sunt destinate ac honestissime educate) statum expectarent, si Maiestatem Vestram florentem intuerentur, cum suorumque atque etiam exterorum populorum favore regnantem. Non alia profecto est mente amplissimus Vestrae Maiestatis Senatus, nil scilicet magis habens in votis, quam ut ex tot membris conflatum corpus simul agglomeratum suo capiti, foelicissimo Vestrae Maiestatis Regni consorcio perfruatur. Postremo id ipsum ardentibus votis exoptant omnes omnium ordinum homines, qui Vestram Maiestatem singulari ornamento atque praesidio divinitus esse sibi datam sicuti agnoscunt, ita etiam vellent posse se iure letari, cum videlicet Vestrae Maiestatis in imperio sint, esse quam beatissimos. Ego denique ipse, quam candido animo haec scribo quantumque Vestrae Maiestatis causa velim, Deus et consciencia mea testis esse potest. Eius etenim sum animi, ut pro Vestrae Maiestatis dignitate eiusque Reipublicae salute non modo fortunam meas, sed vitam etiam ipsam profundere non dubitem.

Horum omnium si Maiestas Vestra rationem esse habendam putaverit, sicuti habituram confido, perficiet haud dubie, ut consilia atque conatus omnes Maiestatis Vestrae procedant foelicius. Haec non eo scribo, ut vel me ostentem, vel plus caeteris sapere videar, non aliud equidem ego laboro aut ago, quam ut pax et tranquillitas Vestrae Maiestatis Regno, tam domi quam etiam foris, stabiliatur et Vestra Maiestas florentissima nobis imperet, suorum denique fruatur fide atque benevolencia ac ea delectetur. Vereor enim, ne, si praesentem istam rerum faciem negligimus, tristiores etiam non multo post, quod absit, videamus. Tametsi non dubito, quin omnes collegae mei eodem, quo ego, sint animo, nihil scilicet optantes magis, quam ut inprimis studium atque observantia Vestrae Maiestati debita prestetur, deinde communis isthaec Sparta, fidei ac virtuti nostrae credita, a singulis pro virili ut ornatur atque conservetur.

Quod reliquum est, Vestrae Maiestati, Domino meo clementissimo, supplico, ut meam hanc fidelem ac ex mero in Vestram Maiestatem eiusque Rempublicam amore profectam sententiam boni consulat eique tum

hisce iustis, ni fallor, precibus meis locum apud se esse paciatur... Ex Unyeow, die XIII Iunii, 1549.

Nicolaus, Dei gratia Archiepiscopus Gnesnensis,  
Legatus Natus et Regni Poloniae Primas.

z) sic in ms.

*Annexum II: Responsum regis Nicolao Dzierzowski, 22.VI.1549.*

Sigismundus Augustus etc.

Reverendissime in Christo Pater, Domine sincere nobis dilecte.

Gratum nobis accidit officium Paternitatis Vestrae, quo in salutandis nobis per litteras est usa. Ceterum quod ternas se de Comiciis edicendis ad nos dedisse litteras significat, miramur, nam binas duntaxat ab ea accepisse nos meminimus: alteras, quas communes cum Magnifico Castellano Poznaniensi<sup>1)</sup> ad nos scripsit easque nostris responsivas, alteras hasce, quibus nunc respondemus, novissimas. Que nobis prolixis<sup>2)</sup> verbis de sua erga nos observancia, de nostrae ac Reipublicae salute<sup>3)</sup> conservandae cura pollicetur Paternitas Vestra, diligenter legimus. Ea profecto fuerunt erga illam et divi parentis nostri beneficia et nostra egregie voluntatis semper significacio, ut re, non verbis solum prestari illa a Paternitate Vestra oporteret, ne nos quidem patiemur unquam, ut vel sollicitudinem conservandae Reipublicae vel studium ac benignitatem in eos, quos in eandem curam nobiscum incumbere serio intelligimus, quisquam desyderet.

Verbis se explicare non posse Paternitas Vestra scribit, quanto illam conficiat dolore is perturbatus Reipublicae status. Nihil certe miramur, nam et ad nos et ad bonos omnes, apud quos culpa nulla Reipublicae perturbatae ac destitutae esse relicta videtur, ingens ex eo dolor pervenit, quod homines nostros iis perturbacionibus exagitari videmus incitatos eosque illis authoribus, qui ad pacem, tranquillitatem, quietem duces se authoresque prebere debebant. Verum equidem est, quod Paternitas Tua scribit communia hec omnibus Rebuspublicis esse mala, ut vicissitudines temporum suscipere eas sit necesse. Eo tamen excusari non possunt ii, qui malorum istorum causam dant, quae utique, ut nihil in rerum natura, sine causa non sunt, Deum quidem, uti pie Paternitas Tua scribit, propter nostra delicta isthaec mala nobis inflixisse credendum certe est. Ceterum illius Maiestas per media hec instrumenta operatur omnia. Utinam autem eadem hec ipsa instrumenta, quibus usus est Deus ad dolorem infligendum, utatur ad consolacionem! Nos plane harum turbarum, quibus affici se Paternitas Tua scribit, causam non dedimus et ita rectae voluntatis nobis sumus conscii, ut nec illius mortalium, nec ipsius omnia videntis Dei iudicium metuamus.

Quid ultra debuimus facere, quod non fecimus? Omnia licita, omnia honesta, omnia legitima. Que quidem per divinas et humanas leges prestare non posse intelligebamus, omnibus nostris pollicebamur nullam condicionem, quam sine impietatis nota accipere possemus, non eramus accepturi, dum paci, dum tranquillitati, dum saluti ac incolumitati omnium consulere studebamus, omnibus obsequi infra eiam Maiestatis nostrae dignitatem non dubitamus, dum omnes submovere horum malorum causas conabamur, quas innexerunt ii, quibus facilitate nostra satisfacere non potuimus. Illi Deo, illi patriae, illi nobis, illi Reipublicae quam rationem reddent, viderint.

Ad Comitia edicenda nos hortatur Paternitas Tua. Eiusdem generis illud consilium, quod nobis Paternitas Tua superiore anno dederat, de eis indicendis et prorogandis fuit. Verum id nobis ac toti Reipublicae nostrae parum feliciter cessit. Fortasse illud feliciores exitus fuisset habiturum, quod prius amplexi, authore Paternitate Tua reliquimus. Pollicita erat illa nobis curae sibi maxime futurum, ut omnia ex sententia composita videremus, si illi in edicendis Comitiiis obtemperassemus. Obtemperavimus non inviti, Comicia ad eius prescriptum ediximus, sed quas ibi tunc turbas non vidimus? quas molestias non sustinimus a quibusdam, qui contra nos clandestina conciliabula cogeant? Itaque deliberabimus, an iterum ad easdem turbas redeundum nobis sit. Interim autem serio in eam curam et cogitationem incumbere statuimus, ut Respublica nostra in proximis Comitiiis melioribus rationibus ac quietioribus consiliis, quam illa fuerunt, constituatur, submotis illis, qui Reipublicae nomen pretextentes, privatam suam rem curabant omniaque turbata et impedita, quae ad pacem, tranquillitatem publicamque commodum pertinere tum videbantur, reddebant.

De negociis, quae nobis cum nostris subditis intercedere Paternitas Tua scribit, utque ea in Comitia reiiciamus, nos hortatur, nihil prorsus scimus. Si enim nos leges, privilegia, consuetudines patrias conservabimus ita, uti ab illis ne latum, quod aiunt, unquam discedere nos velle sumus professi, non videmus, quid nobis cum nostrorum hominum<sup>2)</sup> quoque negocii superesse possit, quos profecto in officio futuros fuisse nihil dubitamus, nisi paucorum quorundam temeritas eos incautos avertisset. Non ignota est enim nobis huius nostrae gentis constancia, qua in fide Principibus suis retinenda nulli hominum generi unquam concessisse se multis illustribus monumentis probaverunt. Ex sententia Senatorum nostrorum statuere omnia nos debere semper iudicavimus. Verum est enim id, quod citta Paternitas Tua ex libris Salomonis: salus, ubi multa consilia, nec quicquam prius aut antiquius habebamus, quam ut ex totius Senatus equestrisque ordinis consilio ac sententia omnia acta Comitiorum, qua meliore possent ratione, absolverentur. Sed non postrema Senatorum nostrorum pars vixdum inchoatis rebus nos deseruit.

Itaque de omnibus rebus, quae in consultationem tunc venerant, ex eorum sententia, uti potuimus, componere nos necesse fuit, qui ad extremum nobiscum manserunt. Pergratum quidem nobis foret, si quam plurimi etiam, si fieri posset, quotidianam nobiscum uniendi consuetudinem haberent. Verum quum eorum praesentia destituti sumus, necesse est plerumque nos cum iis, qui adsunt, de rebus, quae longam non ferunt moram, decernere. Nec enim de omnibus rebus, quae in deliberationem incurrunt, ad omnes referre tot ocasiones interveniendi patiuntur. Non ignoramus, quid patriae, quid Reipublicae, quid ipsi Serenissime parenti nostrae, quid Illustrissimis sororibus debeamus, per quorum salutem nos Paternitas Tua ad Comitia edicenda obtestatur, nec unquam pietatem, fidem, officium nostrum iis deesse patiemur, opes nostras, vitam denique ac sanguinem pro eis fundere parati. Sed an horum<sup>b)</sup> salus atque dignitas ex talibus Comitiiis, qualia proxime fuerunt, dependeat, ipsa Paternitas Tua iudicet. Itaque Dominum Deum precamur, ut talia nobis consilia suggerat, quae ad illa conservanda, quae nobis charissima sunt, magis etiam pertinere possint. Quibus freti, speramus omnia nos salva et in-

columbia conservaturos, turbis ac conciliabulis illis omnibus sublatis. Bene valeat Paternitas Tua. Datum Cracoviae, XXIIa Iunii, anno Domini MDXLIX, Regni nostri XX.

Ex commissione propria Regiae Maiestatis.

a) in ms. prolixi  
b) in ms. authorum

z) sic in ms.  
1) Andreas a Gôrka.

N. 1182.

Ex Regia Polyphemi, 11.VII.1549.

*Ioannes Łaski*

*Alberto in Prussia duci*

*argumentis ex Sacris Scripturis depromptis doctrinam de praedestinatione confutat.*

*Sigill.*

*Iam ed. Kuyper II, pp. 624-7; Lasciana III, Nr. 86.*

*H B A, B 2, K.378.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Dici non potest, quantum mihi voluptatis attulerint litterae Celsitudinis Tuae, ex quibus facile est videre, quam illi sit cordi religio quantaque cura tangatur retinendae puritatis in doctrina christiana. Utinam hoc studium non tantum in aliis Principibus, sed in plerisque etiam doctoribus, qui pro columnis interim Ecclesiae haberi volunt, agnoscere possimus, cum ea praesertim modestia coniunctum, ut rationem doctrinae cuiusque et petant amanter et audiant etiam in charitate christiana, priusquam iudicia sua, ne dicam praeiudicia, edant. Quod cum hic Celsitudo Tua summa clementia et humanitate faciat, merito sane haec Tuae Celsitudinis humanitas et modestia a piis omnibus amari et praedicari debet. Atque ego sane litteras eas<sup>a)</sup> Tuae Celsitudinis ita adservabo, ut mihi semper monumenti loco sint futurae ad retinendam apud alios similem modestiam exemplo Celsitudinis Tuae.

Iam ad rem ipsam venio. Occasio disputationis sumpta erat ex doctrina eorum, qui Dei praescientiam seu praedestinationem vel, ut alii loquuntur, electionem falli violarique non posse docent, sed oportere aut damnari aut servari omnes pro eo, ac quisque nostrum a Deo ab aeterno sive ad vitam sive ad mortem aeternam praedestinatus esset. Hinc vero colligebant quidam, non esse ullum mortale peccatum inter electos, qui propter electionem damnari iam et proinde cadere quoque in peccatum mortale non possent. Neque rursus esse inter eos ullum veniale peccatum, qui ad mortem aeternam ab aeterno etiam praedestinati essent, quod eorum praedestinatio mutari nullo unquam modo omnino possit. Hic citabatur Paulinum illud: Quoniam quos praescivit, eosdem et praefinivit, sive praedestinavit, et quae illic suo ordine veluti concatenata habentur (Rom. 8). Citabatur et illud: Unctio ipsa docebit nos (I Io. 2). Deinde et illud Ioannis Baptistae de Christo testimonium proferebatur: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum totius mundi, idque ita exponebatur, quod Christus Dominus omne quodcunque, quaecumque item peccatum, etiam illud in Spiritum Sanctum, toto orbe terrarum

in electis omnibus sustulisset, et proinde nullum esse inter electos iam irremissibile peccatum, ne illud quidem, quod a Christo Domino irremissibile vocatur, cum nemo electorum damnari possit.

Haec porro doctrina durior visa est aliis esse et cum aliis Scripturae locis parum consentanea. Hic vero proferebatur electionem ad totam Ecclesiam in genere pertinere multorum locorum testimonio, quibus universa Ecclesia, populus electus, peculium et regium Dei sacerdotium vocatur. In hac autem cum certum sit multos cadere, quemadmodum Paulus de fractis sanctae radicis sanctis etiam procul dubio ramis docet (Rom. 11<sup>b</sup>), perspicuum est electos etiam posse cadere et damnari, si electionem suam irritam faciant per suam incredulitatem. De privata illa cuiusque in Ecclesia electione, per quam Paulus reliquias Israelis servatas (eodem capite) esse docet, id quidem verum esse, quod quicumque servantur, electione servantur.

Solam enim nostri in Christo electionem, et quidem ante tempora aeterna destinata, ut idem Paulus docet 2 ad Timoth., salutis nostrae causam esse, sed hoc inde non effici interim, ut dum fatemur omnes, qui servantur, electione servari, simul necessario etiam fateri cogamur neminem eorum, qui electus est, damnari amplius posse. Quemadmodum etsi favore Principis fieri dicimus, ut in eius familiam recipiamur, atque hanc solam receptionis nostrae causam esse fatemur, non tamen inde efficimus, ut recepti nunquam deinde ipsi familiam, in quam recepti sumus, deserere ullo modo possimus. Et quamquam multae sint rationes, quae Dei electionem immutabilem esse persuadeant, tamen quoniam nobis illius ratio, quod ad singulos praesertim in Ecclesia pertinet, incognita prorsus est, nobis sane de illa non secundum rationis nostrae iudicium eiusve persuasiones iudicandum esse, sed iuxta verbum Dei.

Iam ex verbo Dei perspicuum esse nos fide constitisse et stare, Rom., 11, 1 Cor. 16, 2 Cor. 3. Quod si fide stamus, et stare non possumus nisi electi simus, equidem dum a fide excidimus, quam habebamus, simul etiam nos ab ipsa electione excidisse negari non potest. Porro a fide nos posse excidere multis locis Scriptura ipsa testatur, dum nos, qui fide constitimus, admonet, ne per animi electionem ab illa rursus excidamus, Rom. 11. Ac rursus, dum nostram in Christo reconciliationem certam fore testatur, si in fide, in qua et constitimus, permaneamus (Coll.1<sup>b</sup>), atque aliis huius generis infinitis testimoniis. Quorsum enim attineret aut admonere, ne quo modo excidant, aut perseverantiae conditione stringere eos, qui a fide et proinde ab electione quoque excidere non possent? Quaerebatur praeterea ab istis electionis divinae propugnatoribus:

Nam Adam, priusquam peccasset, electus ad vitam fuerit necne? Negari non potuit electum fuisse, quandoquidem sanctus et immortalis ad vitam procul dubio aeternam conditus erat. Quaerebatur rursus: an vere a sanctitate et immortalitate sua illa vitae aeternae excidere potuit? Id quoque negari non potuit, nam malo omnes nostro didicimus illum re vera excidisse et proinde excidere quoque potuisse. Inde igitur concludebatur et nos, qui omnes idem cum Ada sumus, ad eundem modum electionem nostram posse per incredulitatem irritam in nobis ipsis facere, ad quem modum Adam transgressione illam sua irritam facere potuit et fecit.

Neque ideo mutari electionem Dei, quod nos ab illa excidere possumus. Neque enim incredulitas nostra evacuat fidem et veracitatem Dei. Sed hactenus nos elegit Deus Pater ad vitam aeternam in Christo, qua-



tenus nos per illum sibi reconciliandos esse scivit. Iam Paulus hactenus nos per Christum in corpore carnis suae Deo Patri reconciliatos esse docet, Coll. 1, quatenus in fide firmi et stabiles permanemus, neque a spe Evangelii, quod audivimus, dimovemur. Igitur nos hactenus duntaxat electos esse, quatenus in fide Evangelii permanemus, neque electionem Dei mutari, etiamsi nos per nostram impietatem ab illa excidamus.

Inde vero postea subsequuta est quaestio: An per quodvis peccati genus a nostra electione excidamus? Unde demum agi coeptum est de peccatorum discrimine et remissione mihi que id negotii datum, ut eam doctrinam conscriberem, quam Tuae Celsitudini exhibui, haecque fuit occasio tradendae istiusmodi doctrinae. Nunc venio ad ea, quorum rationem Celsitudo Tua in doctrina ipsa postulat. In verbis precationis Dominicae perinde est sive debita, sive delicta, sive peccata nostra nobis remitti petamus.

Quae enim Matthaeus ophilemata,<sup>c)</sup> hoc est debita, vocat, eadem Lucas in eadem Dominica precatione hamartias,<sup>c)</sup> hoc est peccata, appellat. Et Matthaeus ipse mox post precationis finem, veluti se ipsum exponens, quae antea debita vocaverat, mox paraptomata,<sup>c)</sup> hoc est transgressiones seu delicta, appellat, dum ait: Proinde si remiseritis hominibus transgressiones seu delicta ipsorum, remittet et illa vobis Pater vester coelestis, et quae ibi sequuntur. Unde ex aequo est in Dominica precatione, sive nobis debita, sive delicta, sive peccata remitti petamus.

Scio hic in voce debiti argutari quosdam, sed quo id consilio faciant, ipsi viderint. Certe haec vocum apud Evangelistas variatio testatur illos de verbi huius (debiti) pondere nihil cogitasse. Ut interim taceam minus proprie nos loqui, dum debita nostra nobis a Deo condonari petimus, quasi peccata seu delicta remitti postulemus. Neque enim peccata nostra debemus Deo, ut ea inter debita numeremus, sed fidem, pietatem et obedientiam Deo, ut Domino nostro, debemus. Quo pacto vero ea nobis remitti petamus, quibus caremus, ac non potius peccata seu delicta, quibus perpetuo obruti sumus? Sed hic peccata nostra debita vocantur, quia nos reos ac debitores mortis aeternae faciunt in iudicio Dei, quam a nobis deprecamur. In altero loco illo de sublata per Christum Dominum orbis totius iniquitate nulla est repugnantia, simul enim verum est et hominum ubique omnium iniquitatem per Christum sublata esse, si modo iniquitas pro adnata hominum infirmitate accipiatur, quemadmodum paulo post explicatur. Et non omnem interim hominum iniquitatem sublata esse, si iniquitatem pro rebelli contemptu Dei accipiamus. Utrumque enim id complectitur iniquitatis vox, nempe et infirmitatem et contemptum.

Volebant autem electionis propugnatores illi hunc locum ita intelligi, ut omne prorsus peccati quaecumque genus, sed non in omnibus neque, nisi in electis, per Christum sublata esse. Ideo nos rursus diximus huius loci testimonio non equidem omne quaecumque peccati genus, sed omnem duntaxat infirmitatem in omnibus interim toto terrarum orbe hominibus per Christum sublata atque expiata esse, id quod in sequentibus Scripturae testimoniis comprobatum habetur.

Haec ita quanta potui celeritate effudi, potius scripsi ad mandatum Celsitudinis Tuae. Oro, ut ea Tua Clementia boni consulere velit. Ego hinc perendie Dantiscum cogor solvere. Quare rogo obnixè Tuam Celsitudinem, ut litteras, quas mihi est missura, Dantiscum post me, pro gratia sua, perferri iubeat. Litterae, quas hodie ab uxore mea accepi, cogunt me iam Dantiscum proficisci. Scribit ad me uxor ad meam Prin-

cipem<sup>1)</sup> ex aula Caesaris allatum esse, quod Rex ille Ziraphae<sup>2)</sup> Regnum Thuneti totum una cum Goletha<sup>3)</sup> Caesaris munitione occupasset. Ac demum in Hispaniam cum 200.000 hominum traiecisset et vastet<sup>4)</sup> omnia, Caesaremque Hispanos omnes in Italiam remisisse. Litterae scriptae sunt Emdae 15 Iunii. Alia non habeo, tantum me gratiae Tuae Celsitudinis totum quam diligentissime commendo. Non vacavit relegere, ideo ignoscet Celsitudo Tua, sicubi quid est peccatum. Raptissime ex Regia Polyphemi<sup>4)</sup> qui et ipse servitia sua humillime Celsitudini Tuae commendat, 11 Iulii, anno 1549.

Tuae Celsitudinis Illustrissimae  
servitor addictissimus  
Ioannes a Lasco manu propria.

a) *supra lineam.*

b) *in margine.*

c) *in ms. litteris graecis scriptum.*

d) *correctum ex: vastare*

1) *Anna comitissa Frisiae Orientalis.*

2) *La Goulette.*

3) ?

4) *Felix König, bibliothecarius ducis.*

N. 1183.

*Cracoviae, 12.VII.1549.*

*Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis, exercituum R. P. capitaneus, Alberto in Prussia duci cum Assuero Brandt, ducis oratore, de omnibus se collocutum esse nuntiat eique sententiam suam aperuisse, ex quo dux omnia fusius intelliget. Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

N. 1184.

*Cracoviae, 16.VII.1549.*

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius, Alberto in Prussia duci de legationibus Moscovitis, Turcicis, regis Romanorum; de reginae novae [Barbarae Radziwiłł] Brestam proxima projectione; de discessu Stanislai Łaski male contenti; de episcopo Maciejowski; de filio sibi nato etc.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.378.*

Precor Illustrissimae Vestrae Dominacioni omnia laeta.

Iam tandem Illustrissima Dominacio Vestra, quales simus, cognovit, ita ut ego doleam me tam bonum in hoc negotio augurem fuisse. Dominum Deum rogo, ut animum Illustrissimae Vestrae Dominacionis melius quam nostros gubernet. Certe mala signa indies non desinunt apparere, et si breviter volo, non possum aliter dicere, quam quod inter ista duo nihil est tertium, videlicet aut nobis ex libertate in servitatem,

hoc est ex foelicitate in infortunium turpissime cadendum est, aut magno negotio extremisque et constantibus viribus, non argumentis (que nullum prorsus habent locum), honestas et libertas vindicanda. Dixi porro, quas deliberaciones Illustrissima Dominacio Vestra sit habitura. Nescio, sed vereor, ne nove cause perendi temporis et animi perturbandi sese intrudant. Sed quia non est meum tales questiones inferre, sic concludo: diu deliberandum, citto faciendum. Item quam pulchra specimina virtutum edimus, cum talia argumenta non concordandorum Regum profferre nos non pudet. Non est autem, quod nunc Illustrissimam Vestram Dominacionem prolixioribus scriptis interpellarem, eunte ad Illustrissimam Dominacionem Vestram Domino Palatino Mariemburgensi,<sup>1)</sup> qui omnibus epistolis prestat. Nec quidquam ego nunc scribere possem, quod cum Sua Magnificencia non contuli. Esset preterea iniuria facundo hospiti occasionem loquendi interciperem.

Item Knoblochsdorffius<sup>2)</sup> neque Regiae Maiestati, neque mihi quidquam significavit de negotio, cuius promocionem hic querebat. Quare existimo illum sine nostro negotio bene causam peregissem, siquidem hoc toto tempore Prage morabatur. Moratur et Hosius eciamnum ibi. Credo a Cardinali Augustano<sup>2)</sup> et a Lieszniewski consilia expectare. Isti enim tres sunt Regni Poloniae protectores.

Item Legati Moszkowitici ultra spem nostram morantur, nec scimus certum tempus eorum adventus. Turcicus Legatus hic est. Retulit Caesarem suum Sigismundum Regem se pro fratre habuisse, Augustum pro filio charissimo. Similiter et Carolus Caesar dicit, et duo contraria non possunt stare in uno subiecto. Dixit preterea, ut Rex letetur ex eius adversus Regem Persarum<sup>3)</sup> victoria foelicissima. Item amico amicus, inimico inimicus, ut solent, litteras nescio quas attulit. Item donavit Regi, nomine uxoris Solimani,<sup>4)</sup> indusias, sudariola more Turcico facta etc. Dicit enim se Imperatris<sup>2)</sup> illa filiam Sigismundi Regis Poloniae esse, sororem ergo moderni. Item ab eiusdem filia, uxore Hybrahym Baschae, similia dona attulit.

Item Langus,<sup>5)</sup> Romanorum Regis Orator, hactenus nos amat. Item ex Germania nihil scio Illustrissimae Vestrae Dominacioni ignotum, praeter quod Dux Missniae Augustus, cum tota utriusque sexus familia, in Daniam profectus esse affirmatur.

Item nos Reginam novam fortasse ad Brzeszczie remitteremus et ad medium fere, si non ad totum, iter conducemus.

Item Dominus Laski, Palatinus Siradiensis, nuper hinc male contentus discessit. Nos de illo nihilo melius. Obsequium, amicos etc.

Item Palatinus Sędomiriensis<sup>6)</sup> est hic, Reginam noluit videre. Interroget Illustrissima Vestra Dominacio Dominum Palatinum de eius sententia in negotio Czarnkowski, cuius famuli sunt dimissi omnes.

Item pristini motus in animis Polonorum magis exarcerbari quam sedari videntur, quamquam Dominus Episcopus Cracoviensis<sup>7)</sup> dicit pro festo Sanctae Crucis nos omnia complanata et serena visuros. Pro festo autem laquei, quo se Iudas suspendit, ipse vir bonus erit. Utinam tamen vera sit eius propheta, sed vereor, ne fallatur, imo ne fallamur.

Item instat tempus anni, quo ego Illustrissimae Vestrae Dominacioni centum florenos debeo fidemque liberare volo et post liberabo. Quare Illustrissimam Vestram Dominacionem rogo, si forte huc ventura ad 14 Septembris non sit, ut mihi significare dignetur, cuinam talis peccunia a me numerari debeat. Item postquam de meis rebus mencio est facta,

silencio apud Illustrissimam Vestram Dominacionem preterire nolo. Uxor mea peperit filium Ioannem, et Dominus Achacius Czeme ist ein büvischer gewater etc. Dominus Deus sit nobiscum. Amen... Craccoviae, 16 Iulii, 1549.

Stanislaus Boianowski.

a) in ms. Knoblochsdoffius

z) sic in ms.

1) Achacius Czema.

2) Otto Truchsess.

3) Tahmasp I Sophi.

4) Roxolana.

5) Ioannes Lang.

6) Ioannes Tęczyński.

7) Samuel Maciejowski.

N. 1185.

Cracoviae, 22.VII.1549.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,*

*Alberto in Prussia duci*

*de rerum statu in negotio religionis; de responso Ioanni Łaski nondum dato; de regis ad venationes Niepolomicenses discessu.*

*Vest. sigilli. Autogr.*

*H B A, B 2, K.378.*

Illustrissime Princeps.

Quaecumque solum Polonicum et quecumque aeris temperies eius fuerit, certe non infoeliciter eius incole habuerunt, non solum pacis, verum etiam et bellorum tempore non ita affligebantur atque ita fuerunt contenti, ut libenter Italis Italiam et cetera ceteris sinerent. Quod an naturali amore patrie, ut est commune multis, si non omnibus, an vero libertatis causa magis fecerint, nescio. Sed nostro seculo et talis libertas et cetera foelicitates adeo inclinate sunt, ut tyrannidem et multas cum ea calamitates brevi nos visuros esse metuamus, nisi qui assertores libertatis exurgant et plus quam hactenus ad rem faciant. Alioquin frustra a longinquo labras mordent, dum isti quidquid libet faciunt et vires maiores sumunt, ut facilius iugum et onera imponant, et postea pro istis, que nunc dant, pulcherrimis verbis odiose insultent, ne dicam, nos affligant. Sed quid nos faciamus, qui tantum velle habemus? Alii autem, qui possent, presertim cum tocuis ordinis equestris animi essent instructissimi, aut nolunt aut nescio quid, non sine magno periculo, cunctantur.

Si autem sperare velimus, ut hostes sponte sua respiscant, possumus, sed nulla signa in melius apparent, in peius plurima. Hec vero omnia mala non solum res corporeas sive mundanas ceu vallo aliquo circumagunt, verum etiam scelestos conatus ad oprimendam Domini Dei nostri veritatem quam diligentissime adferunt. Quod quidem bene cadere vix poterit. Nostri enim nulla fere amplius argumenta reproducunt, vires tandem nescio quando minantur. Quibus si in religione erit agendum, male, si non, tum vero diabolus victor triumphabit.

In negotio Domini Łaski nihil Rex vult respondere, cumque ego dico, non est, inquam, quod responsum expectet, immo, inquit, expectet, ego omnino volo respondere. Sed vides, quod nunc commode non possum. Nescio itaque, quod dicam. Liberum est illi dicere, quidquid velit. Hodie

venatum in Niepolomicze abiit. Cras ego sequar atque ibi commodior oportunitas admonendi eum dabitur. Reliqua, si quid erit, Brant dicet. Dominus Deus servet Illustrissimam Vestram Dominacionem facultatemque extinguendi hec incendia ei prebere dignetur. Velle enim et cupere Illustrissimam Dominacionem Vestram non dubito, quamvis magna sint et ardua. Et hec est exercende virtutis materia. Cracovie, 22 Iulii, 1549.

Stanislaus Boianowski.

N. 1186.

Cracoviae, 24.VII.1549.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R. P. cancellarius, Alberto in Prussia duci de legatione nominati episcopi Culmensis [Stanislai Hosii] in rebus ducis ad regem Romanorum [Ferdinandum I]; de Alberto iuniore marchione Brandenburgensi in negotio Prussico ab imperatore [Carolo V] ad regem Romanorum remisso.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Etsi non est necesse scribere me quicquam Illustrissimae Dominationi Vestrae, propterea quod Generosus Dominus Asuerus Branth, Consiliarius et Nuncius eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae, abunde literarum mearum vicem apud eam obiturus sit, ei namque exposui cuncta luculente, quae renunciari meo nomine Illustrissimae Dominationi Vestrae volui, tamen ne hoc quidem officii genere erga Illustrissimam Dominationem Vestram mihi abstinendum esse putavi, quo magis ipsi studium meum probarem. Simul illud significandum esse duxi Illustrissimae Dominationi Vestrae, quod scripsit nuper Regiae Maiestati Reverendissimus Dominus Episcopus Culmensis: quo tempore ipse discedebat Praga, venisse eo Reverendissimum Dominum Cardinalem Tridentinum<sup>1)</sup> et Illustrissimum Dominum Albertum Iuniorem Marchionem Brandenburgensem, remissum a Caesarea Maiestate ad Serenissimum Regem Romanorum de negotio Prussico. Ad eius enim Maiestatem fere de omnibus rebus, ad has oras pertinentibus, referri. Et egisse quidem Dominum Marchionem cum Regia Maiestate Romanorum, sed nondum accepisse responsum. Si quid autem certi, ut sperabat, accepisset, occursum sibi esse per ditionem ipsius iter facienti aut, si tardius id foret, per nuncium vel per literas significaturum, quo in statu res esset. Dominus vero Culmensis non praetermittet, quin Regiam Maiestatem de omnibus certiore faciat. Si quid igitur erit eiusmodi, curabo, ut intelligat Dominatio Vestra Illustrissima... Cracoviae, XXIII Iulii, anno Domini MDXLIX.

a) Vestre Illustrissime Dominationis  
humilis servus et capellanus  
Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniae  
Cancellarius.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Christophorus Madruzzo.*

N. 1187.

Cracoviae, 24.VII.1549.

*Christophorus Konarski*  
*Alberto in Prussia duci*  
*scriptum episcopi Cracoviensis [Samuelis Maciejowski] una cum quodam*  
*libro per capitaneum Graudnicensem mittit.*  
*(Germanice)*  
*Sigill. Autogr.*  
*H B A, B 2, K.378.*

N. 1188.

Kozaczów, 3.VIII.1549.

*Ioannes Jabłoński*  
*Alberto in Prussia duci*  
*de bobus pinguibus et non parvae staturae pro mensa ducis a se coemptis*  
*Sigill. Autogr.*  
*H B A, B 2, K.378.*

N. 1189.

Zyrzyn, 7.VIII.1549.

*Ioannes Zerzyński*  
*Alberto in Prussia duci*  
*pro litteris sibi a duce per filium suum Ioannem missis et pro eodem*  
*filio suo in servitium ducis recepto gratias agit; meliorem equum*  
*promittit.*  
*Sigill.*  
*H B A, B 2, K.378.*

N. 1190.

Cracoviae, 8.VIII.1549.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,*  
*Alberto in Prussia duci*  
*de marchione Brandenburgensi Alberto Iuniore et de causa matrimonii*  
*eius cum sorore regis Poloniae; de incerto ducis Alberti Cracoviam*  
*adventu; de precario statu thesauri regii; de negotio Ioannis Łaski;*  
*de amore coniugali Sigismundi Augusti; de Turcarum contra Persas*  
*bello; de Galliae cum imperatore difficili concordia.*  
*Sigill. Autogr.*  
*H B A, B 2, K.378.*

...Illustrissime Princeps.

De rebus ad Illustrissimam Vestram Dominacionem pertinentibus  
antea perscripsi sepius abunde, de illis dico, quarum noticiam creditam

habui. De rebus autem familiae, sive necessariorum Vestrae Illustrissimae Dominacionis, etsi nihil, quod ipsa nesciat, scribere possum, scribo tamen ea, quae ad me perlata sunt. Iam tandem affirmari Illustrissimum Principem Dominum Marchionem Albertum iuniorem hoc negocium, cuius spem Polonis et Prutenis fecerat, perficere nequivisse, subsequutamque fuisse offensam quandam inter Suam Illustrissimam Dominacionem et filium Granvele,<sup>1)</sup> Episcopum Atrebatensem,<sup>2)</sup> quod videlicet ille multo plus promississet, quam effecisset, et ita utroque istorum non satis contento, et fortasse ipso Caesare stomachante, Suam Illustrissimam Dominacionem discessisse, negotio Prutenico in Regem Ferdinandum reiecto (sic enim in eiusmodi frigidis negociis Hispani solent), ne quid aliud dicam.

Item de matrimonio Suae Illustrissimae Dominacionis cum sorore Regiae Maiestatis itidem nihil certi scimus. Mihi ex Praga scribitur opera Episcopi nostri, forte per Cardinalem Augustanum,<sup>3)</sup> Suae Illustrissimae Dominacioni propositum nuper esse: certo se polliceri sororem Regis, si Interim recipiat. Non satis bene contentam, Suam Illustrissimam Dominacionem respondisse se nequaquam facturum id esse, nisi Caesar ore suo iubeat. Quod quidem ad veram religionem non parum pertinere hoc tempore existimat. Ha!

Dicitur preterea Sua Illustrissima Dominacio ius feudi a Regno Poloniae non velle recipere, nisi Imperator iubeat vel permittat,<sup>4)</sup> quamquam non video, quomodo illa priora cum istis convenient. Sed in genere pauca signa video Polonicam amicitiam ambiri.

Item Knoblochsdorff, Locumtenens etc., diligenter sciscitat, venturane sit Illustrissima Vestra Dominacio Craccoviam ad diem prescriptam 14 Septembris, de forma quoque et colore vestitus familiae Illustrissimae Vestrae Dominacionis cuperet scire, ut qui plus credere videtur venturam huc esse Illustrissimam Vestram Dominacionem, quam non venturam.

Item Regia Maiestas heri a me interrogavit, an crederem Illustrissimam Dominacionem Vestram venturam esse. Cumque me nescire respondissem, dixit, ut ex me ipso sciscitarem a longe et Suae Maiestati mox indicarem.

Item multa scribere indifferencia non possum, nam presencium lator, in quem calcarium incidi forte fortuna, non potest (ut dicit) commode expectare.

De rebus nostris Polonicis omnia sunt, ut antehac, turbata. Sumptus aulicus augetur indies, census autem incredibiliter diminuitur ita, ut si quis ex industria velit perdere Regem, propiore via non possit. Iamque pessime contenti sumus, quod omnes possessiones regiae, quas Capitaneatus vocant, in advitalitatem omnibus tenentibus eas sunt concessae, ita quod nihil restat liberum, quod invadari (ut dicunt) possit, iam prorsus deficiente pecunia. Nec habemus modos alios acquirende, siquidem nemo est, qui nudis verbis, rebus sic stantibus, credere velit. Regimen est perquam mirabile. De Convencione Regni, qua ad sedandas has perturbaciones easque periculosas summopere indigeremus, fit fama videlicet nullam nos habere velle Regemque in Lytwaniam quomodocumque extrudere, rebus tam incompositis, credo, ut suis vel in diem consulant. Quid autem eiusmodi studia vel conatus portendant, ego nescio, nisi quod video non solum omnes Ordines Regni, qui in suis domibus agunt, sed etiam eos, qui in aula regia pecunia vivunt, pessime ominari et contentos esse. Dominus Deus in bonam partem vertat!

Item amor in nostro coniugio ita crescit, ut fere sit inaudibilis, ne dicam omnibus odiosissimus.

Item de negotio Domini Ioannis Laski per omnes occasiones urge-soleo. Heri iterum responsum est, ut scribat, si vult secretum omnino secretum servare, ut scribat hoc promittens, tum illi respondetur ad eius scripta, ita videlicet, ut nemo prorsus ab eo sciat etc. Dissimulamus enim nescio quid in religione, quod fortasse nobis volentibus nunquam erumperet. Plura nunc non possum, ne hunc diucius detinerem, qui alia forte magis necessaria habet, que ferat.

Item ad meas postremas litteras de pecunia responsum Illustrissimae Vestrae Dominacionis humiliter rogo.

Externa nulla sunt certa. Ex Turcia affirmatur Regem Persarum<sup>4)</sup> quotidie Turcas superare, nec ullos modos federum acceptare velle. Hec tamen non possunt affirmari, ut que tantum ex publica Armenorum, qui illinc mercaturam exercent, [fama] audiuntur. Ex Italia vel Gallia nihil eciam novi habemus, nec eciam de hac re quidquam solliciti sumus. Caesari cum Gallis non bene convenire facile credimus. Si Anglum iuvat alter, alter oppugnat. Ex Germania Illustrissima Dominacio Vestra omnia melius nota habet... Cracoviae, 8 Augusti, 1549.

Stanislaus Boianowski

a) vel permittat *in margine*.

1) Nicolaus Perrenot de Granvelle.

2) Antonius.

3) Otto Truchsess.

4) Tahmasp I Sophi.

N. 1191.

Gedani, 10.VIII.1549.

*Ioannes Laski*

*Alberto in Prussia duci*

*de suo proximo Gedano discessu nuntiat; de sperata pace inter reges Galliae et Angliae; mittit notulas (ciphras), quibus dux in litteris ad eum scribendis uti deberet.*

*(Partim in ciphra)*

*Sigill. Autogr.*

*Iam ed. Lasciana III, Nr. 90.*

*H B A, B 2, K.378.*

*Illustrissime Princeps, etc.*

Nemo mihi suadet, ut me ad Reginalem Maiestatem<sup>1)</sup> conferre debeam, cum a Regia Maiestate nihil acceperim responsi, et sim etiam per Dominum Cantuariensem<sup>2)</sup> litteris ipsius revocatus, ut hic non amplius haeream. Iam itaque in Dei nomine intra triduum solvam. De obsessa per Gallos Bononia nihil est. Bis tentata est obsidio, sed rursus intermissa. Allatae sunt litterae nudius tertius Londino, scriptae sedecima Iulii, quibus scribitur Gallicum Legatum eo venisse, ac rursus Anglicum Legatum in Galliam missum esse, sperarique pacem, si quis illam urgeret. Ex Gallia etiam habuit<sup>3)</sup> Tua Celsitudo nova per illum nobilem, qui a Domino Ioanne a Werden ad Tuam Celsitudinem, opinor, iam venit.

Est mecum colloquutus, sed ego nihil agendum puto, nisi Galli et Angli prius coniungantur. In hoc putarem sollicitandum esse<sup>b)</sup> Regem Datie<sup>3)</sup> per Ducem Prussiae,<sup>c)</sup> ut illi exponatur animus<sup>b)</sup> Regis Angliae<sup>c)</sup>



in genere: quod velint<sup>b)</sup> stare arbitrio compositorum<sup>c)</sup> in causae cognitione etc.

Notulas, quibus aliquando ad Tuam Celsitudinem scribam, inclusas mitto.\*) His et Tua Celsitudo utetur, dum volet, sive Germanice sive Latine. Polyphemus<sup>4)</sup> a me petiit, ut illi apud Tuam Celsitudinem in fossa duntaxat, quae<sup>d)</sup> ex lacu procurrit in latere domus suae, liberam, dum vivit, piscationem in usum eius domesticum impetrarem. Id, quod me quidem laboraturum esse promisi, impetraturum non item, ut qui non scirem, an id a Tua Celsitudine peti per me cum honestate, ne dicam impetrari, posset. Is vero sibi anteaquam quoque eius rei impetrandae spem datam esse dicebat, neque aliud restare, quam ut aliquis id apud Tuam Celsitudinem sollicitaret. Quod si ita est et mea illi hac in parte sollicitatio prodesse potest, tum ego Tuam Celsitudinem, Dominum meum clementissimum, humillime rogo, ut quod sibi Polyphemus non prorsus recusatum esse alias dicit, id nunc nunc<sup>2)</sup> tandem per meam sollicitationem obtinere possit. Cum his me gratiae Tuae Celsitudinis Illustrissimae humillime commendo et Deum oro, ut illam nobis diutissime incolumem servet. Amen.

Per Hermannum Bomelium ad Tuam Celsitudinem semper scribam, per hunc itidem Tua Celsitudo scribere, dum volet, potest. Est enim et fidus et industrius servitor Celsitudinis Tuae. Raptim Dantisci, decima Augusti, anno 1549.

Tuae Celsitudinis Illustrissimae  
infimus et perpetuus servitor  
Ioannes a Lasco.

a) sequitur expunctum: etiam

b)-c) in ciphra, solum in margine vel supra lineam.

d) supra lineam.

2) sic in ms.

\*) desunt

1) Bona.

2) Thomas Cranmer.

3) Christianus III.

4) Felix König, cognominatus Polyphemus, bibliothecarius ducis.

N. 1192.

Gedani, 12.VIII.1549.

*Ioannes Łaski*

*Alberto in Prussia duci*

*de suo crastino discessu et de prohibito sibi a principe sua [comitissa Anna] in Frisiam reditu; de negotio sororis regis Angliae.  
(Partim in ciphra)*

*Sigill. Autogr.*

*Iam ed. Lasciana III, Nr. 91.*

*HBA, B2, K.378.*

Illustrissime Princeps etc.

Haeri accepi litteras Celsitudinis Tuae, una cum remissa epistola Reginalis Maiestatis<sup>1)</sup> et exemplo mearum ad illam litterarum, et cras iam, si Deus volet, hinc solvam iuxta consilium Celsitudinis Tuae. Scripsique denuo ad Maiestatem Regiam<sup>2)</sup> et ad Reginalem etiam Maiestatem, excusans abitum meum illisque valedicens. Princeps<sup>3)</sup> mea<sup>4)</sup> mihi si-

gnificavit se mandata accepisse de me capiendo et tradendo ipsi Caesari, petitque, ne in Frisiam nostram nunc redeam, sed me contineam in Hamburga ad tempus. Ita faciam igitur et uxorem illuc vocabo.<sup>b)</sup> Quare si Tua Celsitudo ad me interea aliquid volet scribere,<sup>a)</sup> eo mittet per Bome-  
lium in manus Domini Doctoris Epini.<sup>4)</sup> Ibi enim uxorem expectabo et demum in Angliam traiciam in nomine Domini.<sup>b)</sup> Dominus Cantuariensis<sup>5)</sup> rursus ad me scribit de <sup>a)</sup> sorore Regis Angliae virgine,<sup>b)</sup> <sup>6)</sup> ut illi signi-  
ficem, num qui sit in causa illius hic actum. <sup>a)</sup> Peti enim illam ab Rege Daniae,<sup>7)</sup> peti et in Gallia.<sup>b)</sup> Quod quidem recusare nollent, si hic nihil esset spei. Pagetus<sup>8)</sup> est apud Caesaream Maiestatem in legatione<sup>a)</sup> et ibi petitur etiam eadem ipsa soror Regis Angliae pro filio minore ipsius fratris.<sup>b)</sup> <sup>9)</sup>... Dantisci, 12 Augusti, anno 1549.

Tuae Celsitudinis Illustrissimae  
infimus et perpetuus servitor  
Ioannes a Lasco manu propria.

a)-b) in ciphra, solutum in folio separato.

1) regina Bona.

2) Sigismundus Augustus.

3) Anna comitissa Frisiae Orientalis.

4)

5) Thomas Cranmer.

6) Maria Tudor.

7) Christianus III.

8) Gulielmus Paget.

9) Ferdinandus, filius Ferdinandi I imperatoris.

N. 1193.

Srzeńsko, 12.VIII.1549.

*Barbara Srzeńska de Kościelec, palatina Plocensis,  
Alberto in Prussia duci  
per aulicum reginae Bonae ducem salutem, catulum canum Anglicorum  
sibi mittendum petit.*

*Sigill. Autogr.?*

*H B A, B 2, K.378.*

N. 1194.

Łomża, 19.VIII.1549.

*Ioannes Wojstłowski, canonicus Plocensis et Varsaviensis, notarius Lomzen-  
sis,  
Alberto in Prussia duci  
rogat, ut currus regii, errore quodam per custodes nemorum ducis recepti  
et detenti, restituantur.*

*Sigill. Autogr.?*

*H B A, B 2, K.378.*

Cracoviae, 14.IX.1549.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*de rerum in Polonia perturbatione; de castellano Posnaniensi regnum  
ambiente; de suo desiderio ad ducem se conferendi; de negotio matri-  
monii marchionis Alberti cum sorore regis Poloniae; de legatis mar-  
chionis Georgii Friderici et comitis palatini Rheni electoris Cra-  
coviam venturis; item de legatis Moscovitis.*

*Vest. sigilli Autogr.*

*(Cum schedula germanice scripta)*

*H B A, B 2, K.378.*

Precor Illustrissimae Dominacioni Vestrae omnia foelicia.

Preter morem in Cancellaria Regiae Maiestatis nunc diligenter student inter cetera, ut clam omnibus, et presertim me, omnes cubicularios sive nunccios ad Vestram Illustrissimam Dominacionem mittendos extrudant, cum alioqui et in Vestrae Illustrissimae Dominacionis nuncciosis satis sim infoelix. Et hec est causa, quod rarius, quam vellem scribo. Nunc quoque parcius scribendum est, quia ocreatum Mercurium vix detineo.

In rebus nostris Polonis eadem aut maior est perturbacio. Non ignorat fortasse Illustrissima Dominacio Vestra eam partem Senatus, que in proximo Conventu Petrikoviensi huic regio matrimonio et ceteris Regni detrimentis resistebat, ad Regiam Maiestatem non esse venturam, posteaquam<sup>1)</sup> resciverit Princeps nullos externos venire, quorum causa illi fuerunt vocati. Ita enim illis nomine regio scribebatur. Accessit et hec causa fortasse, que novissime erupit, quod coronacio novae Reginae pro eodem tempore adornatur. De Comiciis enim Regni generalibus occulte consultare videntur, ut ne fiant. Tametsi manifestum sit, si unquam antehac, opus illis esse ad sedandas tam periculosas turbas, siquidem non solum communis ordo nobilium mirabiliter fremit et occasiones vindicande honestatis et libertatis sue querit, sed eciam Senatores inter se extremis inimiciis laborant.

Erupit enim nuper ulcus, quod Dominus Castellanus Craccoviensis<sup>1)</sup> manifeste coram Rege loquutus sit Dominum Castellanum Posnaniensem<sup>2)</sup> Regnum ambire. Episcopus preterea Craccoviensis<sup>3)</sup> dicit: Dominus Posnaniensis confederat et colligat se contra Regiam Maiestatem cum Principibus Germanis atque illis scribit ea, que possent nocere Sue Maiestati. Possit-ne aliquid gravius fingi? Interim vero isti fidissimi Senatores omnia radunt et abradunt ita, ut vix cottidianus coquine usus sufficiat. Palatinus Posnaniensis,<sup>4)</sup> homo obcecatissime avaricie, ausus est Regi rescribere, cum vocaretur: Si vult Maiestas Vestra, ut veniam, det mihi hospiciam in arce et viaticum mittat, nam de meo impendere non possum. Tam magno-ne proditores patrie comparandi? Habet iste bonus Palatinus ex gracia regia de bonis publicis supra 4.000 florenorum quolibet anno donatos. Nec est contentus, quamquam hoc (si verum esset dicendum) sola fraude meruerit.

Ceterum quod ante scripsi ad Vestram Illustrissimam Dominacionem me velle venire, id idem nunc percipio. Sed nescio modum, quo id sine offensa Regis efficiam inter tot suspiciones de Illustrissima Do-

minacione Vestra et omnibus, qui illi favere et servire cupere videntur. Videbo tamen, ut aut veniam post unum aut alterum mensem circiter, aut per certum aliquem scribam.

Quod autem Illustrissima Dominacio Vestra scribere novissimis dignata est, ut de negociis, presertim vero de matrimonio Illustrissimi Domini nepotis, Marchionis Alberti etc., perquiram atque, quantum fieri possit, scribam, feci quantum potui, vel quantum licuit, ut scirem. Nihil tamen aliud cognovi (quod quidem vetus est), quam quod Sua Illustrissima Dominacio dicere solita sit se ius feudi propter Prussiam non velle acceptare sine claro Caesaris consensu.

Item offensam esse Suam Illustrissimam Dominacionem Augustani<sup>5)</sup> et nostri Craccoviensis Episcopi practica, qui Suae Illustrissimae Dominacioni sororem Regis certo promittebant, si Interim recipiat. Item quod in causa Prussica ad Regem Ferdinandum remitti videtur. Recenciora autem de Sua Illustrissima Dominacione hec sunt, quod Cancellarium suum et alium quempiam nunc ad nos mittit. Qui intra 4 aut 6 dies venturi sunt, ad acceptanda videlicet iura feudi et ad tractandum de modo matrimonii. Finem ostendet tempus. Ludovicus Moncius, Italus, est hic eius supremus sollicitator post Episcopum Craccoviensem, ne dicam ante.

Nomine Illustrissimi Domini Marchionis Georgii Friderici Fridericus Knoblochsdorff proximo die Martis huc est venturus.

Item de animo vel studiis Regis nostri aposite nihil potest dici. Nunc hoc, nunc illud. Iam Luteranismum asserere videmur constanter, nunc papistriam defendimus vel saltem patimur constantissima dissimulatione. Aliquando spiritibus utimur mendacibus. Sed hic mitto verba, Suae Maiestati ex Vilna (per Ioannem Howman, qui plus, quam illi spiritus, mentitur, nihil enim scit) scripta.

Item a Comite Palatino Reni Electore<sup>6)</sup> huc Legati veniunt, sola verba ceremoniarum et duos equos ferentes. Excusant Dominum, quod illi personaliter venire per etatem non licet etc. Item Legati Moskovite post 3 aut 4 dies venient numero 1.200 equorum. Valeat quam foelicissime atque laetissime (si in tristi seculo fieri potest) Illustrissima Vestra Dominacio, mihi propicia. Craccoviae, 14 Septembris, 1549.

Stanislaus Boianowski

a) in ms. postquam

1) Ioannes Tarnowski.

2) Andreas a Górka.

3) Samuel Maciejowski.

4) Ianussius Latalski.

5) Otto Truchsess.

6) Fridericus II.

#### *Schedula adiuncta:*

Ich hab Ewer Mt vor kortzer czeit durch den Hans Zegermaster schreiben zugeschickt. Ich bit Ewer Mt wlt auff solchen meinen schreiben gut auffsehen haben und mit fleis uberlesen.

Den wo sache ver, das dy herren, als nemlich der her von Posen<sup>1)</sup> und der Erczbischoff,<sup>2)</sup> zu Ewer Mt quemen, in mitler zeit Ewer Mt wolt darczu tun, wen was auf dysmol Ewer Mt mit seinen widepart ton wirt, das wirt alles von statt gen. Wiwol si werden was anderes forbringen, Ewer Ma aber sol mit seinem fortffaren, daran Ewer Mt gelegen isth. Ich wil auch darczu helffen das best, das ich kan<sup>a)</sup> alles, vi ich dan schon angefangen hab. Gott helfe weiter.

So sunt eius verba et Germanica ortograffia, nam nullam linguam

bene novit. Artem vero, quam profiteri vult, nescio,<sup>b)</sup> an plus quam qui nihil. Et tamen illi creditur, atque ut liberius mentiri possit, persuasit, ut Vilnam mitteretur. Ibi triumphat libere, nos hic insanimus misere. Si autem hoc modo prophetizare est, facilius ementur prophete quam porci aut asini.

a) sequitur depicta imago mitrae episcopalis.

1) Andreas a Gôrka.

b) suprascriptum pro verbo expuncto.

2) Nicolaus Dzierzowski.

N. 1196.

Emdae, 18.IX.1549.

*Ioannes Łaski*

*Alberto in Prussia duci*

*refert de suo Emdam adventu et de rebus religionis ibi mutatis; de nova ordinatione liturgica in collegio ministrorum disceptata; de recurso ad imperatorem; de periculo tumultuum; de principis Frisiae Orientalis [comitissae Annae] conversione et reconversione.*

*Sigill. Autogr.*

*Iam ed. Kuyper II, pp. 628-32.*

*H B A, B 2, K.378.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Tertio decimo post meum e Dantisco abitum die huc, gratia Deo, salvus ac incolumis perveni. Ac meos quidem salvos, divino beneficio, reperi omnes. Caeterum formam religionis prorsus mutatam inveni. Ad haec et ipse morbo protinus correptus, etiamnum langueo, neque pro eo, ac vellem, omnia Tuae Celsitudini per valetudinem perscribere possum. Complectar quae potero igitur et Tuam Celsitudinem oro, ut meam nunc infantiam boni consulere velit. Exponam autem modum ac progressum coeptae hic mutationis in religionis causa.

Cum Princeps mea<sup>1)</sup> urgeretur (iam post meum istuc<sup>2)</sup> abitum), ut responderet omnino, num doctrinam et ordinationem Interimisticam in sua liberorumque suorum ditone recipere vellet, erant inter Consiliarios, qui omnia tentanda esse suaderent, si quomodo publica patriae tranquillitas retineri posset. Ita demum assensum est ab omnibus aulicis Consiliariis, ut nova quaedam doctrinae et caeremoniarum institueretur forma, collecta videlicet ex aliunde petitis (pridem etiam factis) ordinationibus. Ad hanc formandam designati sunt aulici quidam. Tandem vero et aulae huius totius calculis approbatur, adiuncta etiam Principis autoritate, quae putabat ministros quoque verbi, collegas meos, una mecum (ubi redirem) facile illi subscripturos esse. Constituta igitur iam apud aulam Principis nova ordinatione, vocantur ad Principem collegae mei, proponitur illis nova ordinatio, ut eam amplectantur, ut tranquillitas patriae retineretur. Illi, lecta ordinatione, negare, quod id tuta sua conscientia facere non possent. Esse enim in ordinatione, quae cum debito, fide atque officio ministerii ipsorum consistere non possent.

Ibi vero collegae mei mox accusari, quod nimium praefacti capitosique essent, non esse aequum, ut propter eos patria in periculum veniat. Et multa id genus. Ad haec contra collegae mei: se dolere, quod haec, pro confessionis et ministerii sui fide, audire cogentur. Se tamen

oportere pluris facere confessionis et ministerii sui fidem ac constantiam, quam istiusmodi convicia (sibi alioqui dudum cum Christo Domino, Prophetis atque Apostolis omnibus in hoc mundo communia), quorum tamen coram Deo nulla se culpa teneri scirent. Hic demum nostri aulici cum meis collegis novas rursum ordinationis suae moderationes querere coeperunt.

Ad aulam vero caesaream novum illum suum factum totum (ut per illos fabricatus erat) per Legatum suum transmiserunt orantes, ut sic in gratia Caesaris retinerentur, se enim hanc ordinationem, modo Caesari placeat, modis omnibus observaturos esse. Collegis porro nostris, dissimulata hac tali legatione, talis proponebatur ordinationis moderatio, ut ipsi ab omnibus illius oneribus reliquis liberi essent, sed linea dumtaxat veste extunc (papistarum ritu) in publico verbi et sacramentorum ministerio (iuxta ordinationem factam) uterentur. Et penes se (citra reprehensionem ullam) ferrent alium quempiam Caeremoniastam, quem Princeps institueret, ut in templo nostro, iuxta praescriptam in ordinatione hac nova formam, sacra sua faciat, ut ita videlicet Caesari satisfaceret. Ita nimirum una, quod dicitur, fidelia utrunque parietem oblinere nostri volebant, ut neque collegis meis quicquam papisticum imperare (vestis enim lineae usum adiaphorum esse aiebant) et Caesari nihilominus satisfacere voluisse (in mutanda religionis facie) videri possent.

Sed cum ne id quidem collegis meis persuadere possent, qui neque suam cum Caeremoniasta illo, qui a Principe constitui deberet, societatem in divinis omnino ullam, sine manifesta superstitionis suae reprehensione, neque ipsum lineae vestis usum manifesta impietate vacare dicebant, praesertim cum ad dandum mutatae religionis specimen aliquod (non recte videlicet per nos hactenus observatae) potissimum urgeretur. Cum, inquam, haec collegis meis persuadere non possent, animos civium ab eis alienare tentarunt, illisque convocatis, collegas meos apud eos accusare praefixi ab illis temere offendicula publica, quae tamen vere praetendi non possent. Proinde, ut cives cum ministris, collegis meis, agerent, ne propter se ulla metuerent offendicula, se enim non offendi istiusmodi mutatione.

Vocatique sunt ad cives ministri et actum est ultro citroque de offendiculis ostensumque non a civibus tantum, sed a peregrinis quoque declinanda esse offendicula, neque aequum esse non offendi nos iis, quae certum est inclinare ad cultus divini prophanationem.

Quae cum cives audissent, assensi sunt magna ex parte ministris causamque illorum se apud Principem acturos esse receperunt. Ad extremum missi sunt a Principe, qui templum nostrum collegis meis praeccludi illosque a publicis contionibus abstinere iuberent. Responderunt collegae mei id quidem in Principis arbitrio esse, ut templum claudatur vel non claudatur, sed ipsos ad Principis mandatum (pro suae vocationis ratione) silere non posse. Ita clauso templo illi vel in coemiterio, si quando coetum hominum aliquem videbant, vel in scholis (convocata eo Ecclesia) docebant, simul ac baptizabant.

Qua rei indignitate cives moti, ad tumultum spectare videbantur, si non eos ministri ipsi diligenter dehortati fuissent. Id porro cum Princeps cognovisset, templum recludi iussit ministris, quoties aliqui aut baptizandi, aut matrimonio iugendi essent. Itaque factum est, ut circa baptismum et desponsiones iuste semper contiones haberentur. Sub hac porro rerum facie ego redii et colaudata hac in parte fratrum meorum constantia,

sedulitate et fide, actisque hoc nomine Domino Deo nostro gratiis, in ea ipsa constantia, sedulitate et fide omnes, quantum potui, confirmavi. Principem vero de peccato illius coram admonui, quod in constituenda nova hac sua ordinatione Christum Dominum simulque et Spiritum Sanctum, denique concreditam suae fidei Christi Ecclesiam dignitate sua spoliare conata sit, veluti hostis ipsius, cuius alioqui se ministram esse simularet. Christum Dominum spoliari dignitate sua per ipsam, dum ipsum super se commissamque nunc curae suae Ecclesiam regnare, iuxta doctrinam et observationem apostolicam, non sinit, sed doctrinam et ritus, cum Evangelio Christi pugnantes, Ecclesiis per tyrannidem obtrudit. Quod equidem perinde esset, ac si Christum Dominum sede sua in Zion deturbare ac semetipsam in illam per tyrannidem collocare vellet.

Id porro si per imprudentiam faciat, maiorem esse peccato ipsius Dei iniuriam, si illam, cognito peccato et facta cum Ecclesia (perturbata iam per se) reconciliatione, imploraret. Caeterum nisi id faceret, tum ut certo eandem Dei ultionem expectaret cum suis omnibus, qua Iudeorum impietatem Hyerosolimis (propter vocem illam: Nolumus hunc regnare super nos <sup>a)</sup>) vindicatam esse scimus. Spiritui porro Sancto detrahi per ipsam dignitatem autoritatemque in Ecclesiam suam, dum quos ille (per ipsiusmet Principis ministerium) Ecclesiarum rectores et gubernatores in cultu divino constituisset, eis ipsa eandem ipsam gubernationem vi quadam eripere sibi et arrogare, illis templa precludere et (praeter omnem illorum culpam) tumultus, seditionum ac pertinaciae eos insimulare domique ora ipsorum comprimere, adversariorum vero Christi et publicorum idolatrarum, nempe monachorum et monasticorum omnium, adde et sectarum omnium, ora laxare conatur.

Id quidem videri posse leve iuxta humanae rationis iudicium, sed in Dei iudicio tantum nihilominus esse, iuxta ipsiusmet Christi testimonium, ut si destinato prudentique ac volenti <sup>b)</sup> consilio fiat, nunquam in aeternum remittatur. Ecclesiae autem Christi dignitatem atque autoritatem per ipsam violari, dum surrepto illi omnium, quae instituenda essent publice in coetu, iudicio (quod ei Apostolus defert), illud ipsum sibi cum suis dumtaxat aulicis Consiliariis (contra doctrinam apostolicam) sumit servarique ab Ecclesia praecipit (velut Domina Ecclesiae), quod unquam antea Ecclesiae in coetu publico diiudicandum proposuisset, quemadmodum id Paulus observari iussit. Horum se igitur omnium intelligeret poenitentiam agere oportere coram Deo atque etiam sese Ecclesiae reconciliare, si a Domino Deo rursum in gratiam recipi velit.

Id si detrectaret, testatus sum Dominum Deum meum et omnes Angelos ipsius me ipsi annuiciasse (pro ratione mei ministerii) peccatum ipsius meque accusare illam coram tribunali Dei (ad quod tandem sistemur omnes) horum, quae recensui, peccatorum omnium nomine, ut se a Deo olim illorum nomine iudicandam esse sciat. Et proinde me non posse deinceps etiam esse ministrum ipsius, quod ad divina attineret, <sup>c)</sup> donec mihi certum aliquod resipiscentiae suae iudicium faciat, ne quomodo videar communicare peccato ipsius. Sed et si minister ipsius esse deinceps in divinis neque possim neque velim, donec signa resipiscentiae videam, tamen non ideo ponere me publicum ministerium meum, ad quod videlicet divina ordinatione non tantum per ipsam, tanquam magistratum summum, sed per totam etiam Ecclesiam publicis ipsius suffragiis vocatus essem.

Haec nisi mihi ultro ipsa denunciaret, ut abeam, quemadmodum me ultro unanimiter vocavit, me illam deserturum non esse, etiamsi id mihi

Princeps cum aulicis omnibus suis iubeat, preterquam si invitus per illam vi manifesta propellar. Huic enim mihi necessario cedendum esse scirem. Haec ita ego cum mea Principe, quae se mihi responsum esse daturam promisit. Quod et expecto in horas. Docemus igitur adhuc solita libertate nostra circa baptismum et matrimoniorum coniunctiones ac funera, donec responsum a Principe habeamus, et ego Synodos meas octavo quoquo die cum aliarum Ecclesiarum pastoribus perago omnesque ad unanimum doctrinae consensum et perseverantiam, pro summa virili mea, in Domino adhortor.

Sed et aliunde rursus Sathan me aggredi conatur. Accusatum me gravissime apud aulam caesaream esse dicunt, sic ut me aula caesarea hic amplius ferre in Frisia neque possit ullo modo, neque velit. Duo autem accusationis meae capita praecipua esse affirmant. Alterum, quod falsa mea doctrina (ut putant) multos in Caesaris ditionibus (per scripta privata mea) seduxerim, quod aula sane amplius ferre non velit. Alterum vero, quod sim apertus hostis Caesareae Maiestatis, ut qui et Anglico nuper et demum Polonico etiam itinere meo aliud nihil quaesiverim, severim et promoverim, quam novas, nescio quas, practicas contra Suam Caesaream Maiestatem. Data igitur esse mandata ab aula Caesaris ad meam Principem, ne me amplius in sua ditione ferat, si Caesaris amicitiam retinere velit.

Ad haec porro respondi me non gravatim alio migraturum esse, si me et Princeps mea et (quae me vocavit) Ecclesia ferre amplius non possit, etiamsi vanissima sint ea, quorum nomine accusor. Quodque ad doctrinam meam attinet, huius me potissimum ab ipsa Principe (quae me pluries audisset) et ab ipsa adeo Ecclesia testimonium habiturum procul dubio esse. Quod vero ad Anglicum Polonicumque iter meum attineret, extare apud me omnes vocationis meae litteras, ex quibus longae aliae, quam a meis accusatoribus fictae sint, itineris utriusque mei rationes clarissime colligi possunt, et proinde me semper declaraturum esse meam hac in parte innocentiam adversus omnes calumnias meorum accusatorum, si qui mihi id inditio obicere volent, sed tamen me libenter hinc excessurum esse, si ita Princeps et Ecclesia mea velit, hoc est si me in meo ministerio, iuxta promissam mihi libertatem illius, non cupiat retinere.

Haec ita omnia, ut se habent, significare obiter <sup>3)</sup> volui Celsitudini Tuae, Illustrissime Princeps, pro mea in illam observantia, ut artes et conatus Satanae me impetentis secum ipsa perpendat. Quae cum causas alioqui suscepti nuper ad Serenissimum Dominum meum Poloniae Regem itineris mei non ignoret, facile etiam meae in iis, quae mihi obiciuntur, innocentiae testis esse potest pro virtute et clementia sua, cum litterae alioqui etiam ipsae a Serenissimo Angliae Rege <sup>2)</sup> ad Serenissimum Dominum meum Poloniae Regem scriptae, meam abunde comprobent innocentiam et causas suscepti istuc mei itineris diserte complectantur.

Expecto igitur, ut dixi, quid de me Princeps et Ecclesia mea statuatur. Ea vero res me hic hactenus detinuit et forte detinebit, ut ante hyemem iter meum, quod institueram, proseguere non <sup>d)</sup> possim. Nam sub hac Ecclesiae meae perturbatione deserere illam nolo, et si alio migrare cogar, non procul ab illa abero, ut eam subinde exhortari per litteras et consolari possim, donec illa me a se desertum esse (recepto altero ministro) testificetur. Tum enim ab eius ministerio liber mihi esse coram Dei



iudicio videbor. Sed certa mihi spes est hoc ipsam nunquam esse facturam, sed me, etiamsi per tyrannidem adversariorum abesse cogar, pro suo nihilominus ministro agnituram perpetuo esse. Huius enim rei mihi non obscurum inditium fecit. Quare hic herebo adhuc, donec aut propellar vi, aut per Ecclesiam totam cum bona illius gratia dimittar. Utut autem res cesserit, non committam, quin protinus significem Celsitudini Tuae...  
Emdae, 18 Septembris, anno a Christo nato 1549.

Illustrissimae Celsitudinis Tuae  
perpetuus et addictissimus servitor  
Ioannes a Lasco manu propria.

a) *supra lineam.*

b) *ac volenti in margine.*

c) *correctum ex: attinet*

d) *sequitur non expunctum.*

1) *Anna comitissa Frisiae Orientalis.*

2) *Eduardus VI.*

N. 1197.

Wąsosz, 19.IX.1549

*Iacobus Bagiński, vexillifer Visnensis,  
Alberto in Prussia duci  
de domo nobilis Rogala in oppido Wąsosz, ob homicidium nobilis Michaelis Rakowski ex terra Visnensi, arrestata et causa officio capitaneali devoluta.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

N. 1198.

Posnaniae, 21.IX, 1549.

*Andreas a Górká, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
Casparum a Lehendorff, ducis nuntium, diligenter se audivisse nuntiat  
eidemque quaedam duci oretenus perferenda commisisse.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

N. 1199.

Posnaniae, 21.IX.1549.

*Andreas a Górká, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
pro Andrea Hessio architecto, ad corrigendas quasdam structuras sibi a  
duce misso, gratias agit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

N. 1200.

Cracoviae, 26.IX.1549.

*Iacobus Uchański, decanus Plocensis, archidiaconus Varsaviensis,  
Alberto in Prussia duci  
de pecunia creditoribus pueri defuncti, a se in Academiam Regiomontanam  
studiorum gratia missi, in manus Secluciani persolvenda.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

N. 1201.

Łomża, 29.IX.1549.

*Felix Srzeński, palatinus Plocensis,  
Alberto in Prussia duci  
ob Tartarorum in dominia Regni incursionem mutata esse reginae  
[Bonae] sententiam ad venationes in dominia sua veniendi nuntiat;  
refert de querelis nobilium et subditorum regis ex capitaneatibus  
suis de praefectis Pissiensi et Szczytnensi.  
(Schedula adiuncta, in qua equum sibi mittendum petit)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Cum primum intellexissem Sacram Regialem Maiestatem, Dominam meam clementissimam, in ditiones suas administrationis meae ad venationis exercendae spectacula venturam, accurrerem et ipse huc ad recreandum venationis exercitio<sup>2)</sup> animum. Quodque et Illustrissimam Dominationem Vestram locis illis vicinam adfuturam esse coram Sua Maiestate relatum fuerit, grato se id animo audivisse Sua Maiestas testari dignata est. Nam et Illustrissimam Dominationem Vestram videre et cum Illustrissima Ducissa, filia Dominationis Vestrae Illustrissimae<sup>1)</sup>, notitiam contrahere Sua Maiestas se cupere aiebat. Atque cum iam eo hinc solvere voluissemus, literis Domini Prethwycz ad Suam Maiestatem perlatum est magnam vim Thartarorum in dominia Regni Poloniae irruesse et ora illis finitima longe lateque igne et ferro depopulasse. Quod quidem nuntium cum Maiestatis Suae ac omnium nostrum animos multum permoverit, neque enim illud sine Regni discrimine esse poterit, Maiestas Sua mutato instituto Warschoviam recta remeat, nos vero tollendi huius periculi causa ad Maiestatem Regiam proficiscimur. Atque ita, ingruente ea Regni necessitate, neque Maiestas Sua Reginalis desyderio spectaculorum, nec nos animis nostris satisfacere nunc potuimus. Quod Illustrissimae Dominationi Vestrae propterea significandum duxi, ut cognoscere dignaretur, quae causa venationem nostram necessario mutaverit.

Caeterum sub praesentia hic Sacrae Reginalis Maiestatis venerant huc multi nobiles et subditi Regis de capitaneatibus meis lachrymabili-

terque questi sunt de Illustrissimae Dominationis vestrae Pzynthensi et Sczythnensi Capitaneis, quod illi frequenter impune permittunt subditis Illustrissimae Vestrae Dominationis de praefatis capitaneatibus administrationis illorum in bona regia illis vicina violenter irruere atque non tantum bona subditorum Regiae Maiestatis vastare et depredari, sed et subditos ipsos iniuriis ac verberibus afficere equestrisque ordinis ac nobiles homines vi trucidare solent. Etsi intelligo fieri non posse, quin et subditi Illustrissimae Dominationis Vestrae habeant occasiones querendi de subditis regiis, tamen id omne, quod inter eos intercessisset differentiarum, semper citra huiusmodi cedes amicabiliter componi utrinque possit, si in eo Capitanei Illustrissimae Dominationis Vestrae amice sese gerere velint. Sed saepius, non requisita a me aut vicesgerentibus meis iustitia, invadunt bona regia iniuriasque hominibus inferunt et per subditos regios de iustitia ministranda occasione iniuriarum, ipsis per subditos Illustrissimae Dominationis Vestrae illatarum, requisiti iusticiam eis facere nolunt.

Quare rogo, dignetur Illustrissima Dominatio Vestra Capitaneis praefatis suis serius mandare, ut subditis Illustrissimae Dominationis Vestrae erga subditos regios, amice et ut vicinos decet, bonos se gerere faciant. Nam quoniam Illustrissimae Dominationi Vestrae serviam libenter, nullam ex se male merendi occasionem erga Illustrissimam Dominationem Vestram prebere velim nihilque in hac re faciendum mihi duxi, priusquam ad eam de ea referrem, confidens, quod quemadmodum Illustrissima Dominatio Vestra sua me complecti dignetur gratia, ita id facturam, ut nullam amplius subditi regii administrationis meae de subditis Illustrissimae Dominationis Vestrae querulandi habeant occasionem, quod et ego vicissim curaturus sum. Quod si vero id pro gratia Vestrae Dominationis Illustrissimae fieri non possit, facile existimare dignabitur, quam intollescentes fuerint huiusmodi iniuriae... Ex Lomza, XXIX Septembris, 1549.

Illustrissimae Dominationis Vestrae  
obsequentissimus servitor

a) Pallatinus Plocensis manu propria  
subscripsit b).

a)-b) *manu propria*.

z) *sic in ms.*

1) *Anna Sophia*.

#### *Schedula adiuncta:*

Caeterum interveniente tam repentina et violenti hac Regni necessitate, equum nunc mihi congruum non habeo. Et proinde, licet cum pudore id facio, quod liberius gratia Illustrissimae Dominationis Vestrae utor, tamen quia multum de illius erga me summa gratia mihi persuadeo et eam omnia bene mihi velle agnosco, submissee precor Illustrissimam Dominationem Vestram, Dominum meum gratiosissimum, dignetur mihi de equo bono et levi providere, qui mihi ipsi et pectori meo in hac necessitate conveniens futurus sit. Ego autem, quoad vixero, id omne gratiae, quod in me conferre non dubitaverit, omni servitiorum genere mereri contendam. Et eam etiam at <sup>z)</sup> etiam florentem ac incolumem valere peropto.

z) *sic in ms.*

Posnaniae, 1.X.1549.

*Andreas a Gôrka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
Matthiam Sionsky, fratrum Bohemorum praesulem, ex Regno Bohemiae  
proscriptum, commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

Illustrissime Princeps *etc.*

Commendatus mihi est Venerabilis Matthias Sionsky, quondam in Bohemia inter eos, quos fratres appellant, praesul, vir pius et verae christianae religionis summus amator, rogatusque sum, ut, quandoquidem Bohemos, qui ex Regno Bohemiae proscripti in Ducatu Illustrissimae Vestrae Dominationis consederunt, pietatis ergo sequutus, sub eadem habitare atque adeo vitam (Deo sic ordinante) finire secum constituisset, ipsum per litteras meas Illustrissimae Vestrae Dominationi commendarem rogaremque, ut in gratiam et clementem tutelam suam recipere dignaretur. Ego itaque, memor officii mei, his facillime sum assensus, quippe pium ac iustum putans in tantum virum ob singularem probitatem eius tam exiguum conferre beneficium eiusque negotia promovere. Peto igitur ab Illustrissima Vestra Dominatione mirum in modum, ut hunc virum, iam sese potestati eiusdem subiicientem, in gratiam clementemque suam tutelam recipiat sicque erga ipsum sese mea causa exhibeat, quo experiatur hanc commendationem meam sibi apud Illustrissimam Vestram Dominationem maximo adiumento fuisse. Ego vicissim non saltem in re simili, verum etiam longe maiori conabor, ubi venerit usus, id ipsum erga Illustrissimam Vestram Dominationem sedulo promereri... Datum Posnaniae, I Octobris, anno MDXLIX.

Andreas Comes a Gorka, Castellanus Posnaniensis  
et Capitaneus Maioris Poloniae Generalis.

Cracoviae, 2.X.1549.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R.P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
de studio suo in negotio ducis feudali ex sententia expediendo.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

Illustrissime Princeps, *etc.*

Accepi binas literas nuper ab Illustrissima Dominatione Vestra, quibus mihi negocium suum feudale commendat. Cui pro consuetudine et officio meo obsecundare cupiens, quoad potui, interposui partes meas apud Regiam Maiestatem, ut Oratores Illustrissimae Dominationis Vestrae optatum responsum ipsi referrent. Quidquid autem id est, cognoscet Illustrissima Dominatio Vestra ex ipsis Oratoribus et Regiae Maiestatis literis.

Reliquum est, ut Illustrissima Dominatio Vestra omnia sibi de me persuadeat, que de observantissimo sui solet debetque...

Cracoviae, II Octobris, anno Domini MDXLIX.

a) Vestre Illustrissime Dominacionis  
humilis servus et capellanus

Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni Polonie Cancellarius.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 1204.

Cracoviae, 3.X.1549.

*Stanislaus Bojanowski, secretarius regius,  
Alberto in Prussia duci*

*de sua ad ducem parata projectione, de episcopi [Cracoviensis, Samuelis  
Maciejowski] insinceritate; de legatione oratoris marchionis Alberti  
[Alcibiadis] et de oratoribus electoris palatini Rheni.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.378.*

Precor Illustrissimae Dominacioni Vestrae omnia leciora.

Si ego in scribendis non essem, certe credo, quod Illustrissima Dominacio Vestra in legendis querimoniis esset defatigabilis, tam bene res nostrae habent. Quas nunc copiose describere non licet. Partem enim earum per celerem nuncium, qui hic apud Dominum Kiedritz quotidie expeditionem sui expectat, scribam, partem autem graviorem in meum adventum reservo. Quem omni diligencia intra sesquimense paro, quoniam propter suspicionem Posnaniam primum, deinde versus Neideburg ire cupio. Quod si efficere non potero, sed id omnibus modis tentabo, tum ea per famulum meum Illustrissimae Vestrae Dominacioni descripta mittam. Sum autem hic mire suspectus in hanc partem, sed parum miror. Vehemencior enim, quam apud nos par est, soleo subinde fieri. Et eciam si non essem, sunt sacrifici, qui tales suspiciones gignant, eciam si nulla signa appareant.

Quod ego autem tam libere et confidenter, ac fere supra modum, cum Illustrissima Dominacione Vestra semper egerim, non faciunt hoc illius erga me beneficia, que et magna sunt, et ego illa tanti facio, quanti merito debeo. Sed facit studium et affectus meus honestatis et salutis patriae, optima preterea de Illustrissima Dominacione Vestra existimacio et expectacio.

Consultacionum nostrarum ideam difficile est comprehendere, ut que non bono fundamento, nec fortasse bono animo, fiunt. Seorsum autem de negotio Illustrissimae Dominacionis Vestrae ita sencio omnia in sancto episcopalis simulacionis et dissimulacionis sinu posita esse. In hactenus enim a principio quid egerit, credo non esse ignotum Illustrissimae Dominacioni Vestrae. Sed et nunc nihilo fidelius egit. Primum enim in publico semper et frequenciori Senatu diligenter excusabat absenciam Illustrissimae Dominacionis Vestrae aut eius Legatorum, affirmans et omnibus persuadere volens non sine legitimis causis id actidisse, nec aliter cadere potuisse. Cum tamen longe aliud, hoc est contrarium, sentiret, sed propterea in suam conscienciam (si quam habet) sic men-

titus est, ne quis existimaret Illustrissimam Dominacionem Vestram ob hoc ex industria non misisse, quod in generalibus Regni Comiciis perfecta potestas et autoritas regia non fuit ab Ordinibus accepta vel aprobata, vel ob alias eciam fortasse causas.

Nudius vero tercius, inversa pelle, in Senatu pro sententia dixit: Etsi ego scio, quomodo sit affectus et quomodo mereatur de Regia Maiestate Vestra et hac Republica nostra Dux Prussiae, tamen quia ille rogat et supplicat sibi ignosci, quod ad tempus determinatum non miserit, et ego semper miciora suadere soleo, consencio, ut illi ignoscatur etc. Ita ludit in omnibus, ut lubet, Sua Reverendissima Protervitas.

Item Conventum Regni celebrare nolunt. Sit, quidquid sit! Cum autem semper ab inicio omnium externorum et internorum malorum Comicia Regni unicum et salutare remedium sint habita, non facile possumus boni aliquid sperare in Republica nostra.

Orator Marchionis Alberti, Cancellarius scilicet Suae Illustrissimae Dominacionis, nescio quid hic egerit, preter quod dilacionem acceptandi iuris feudi propter Prussiam rogabat, asserens suum Dominum personaliter suo tempore adesse velle. Cetera mihi hactenus ignota sunt, quia fui impeditissimus. Spero me tamen aliquid investigaturum esse. Metuo autem (ut Illustrissimae Dominacioni Vestrae clare fatear), ne nobis aliquas imposturas struat. Ludovicus Moncius, Regiae Maiestatis Italicus scriba, est intimus sollicitator Suae Illustrissimae Dominacionis. Sed mihi in partem Illustrissimae Dominacionis Vestrae nihil vult dicere. Credo autem, quod ipsa Vestra Illustrissima Dominacio ex ipso aliquid expiscari posset per litteras caute scriptas. Sed illi nihil in eam partem tacendi credendum est. Cetera per proximam occasionem. Valeat Illustrissima Dominacio Vestra quam foelicissime mihi propicia. Craccoviae, 3 Octobris, 1549.

Oratores Electoris Palatini Reni <sup>1)</sup> in publico nihil, nisi honoris, ceremoniarum et commendacionis verba protulerunt, et duos equos. Sed est certum eos eius fumi gracia non venisse. Loquuti sunt in privato. Nescio, si sororem regiam fratri sui Domini non postulaverunt etc. Recta autem hinc in domum Domini Laski cum mandatis profecti sunt.

Stanislaus Boianowski.

1) *Fridericus II.*

N. 1205.

Posnaniae, 10.X.1549.

*Andreas a Górká, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci*

*de certis suspicionibus in aula, ob oratorum ducis e medio itinere domum  
reditum ortis, tam contra ducem quam contra se ipsum a malevolis  
assentatoribus sparsis, de Tartarorum in terras Russiae incursione  
facta.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

Illustrissime Princeps etc.

Iam antea aliunde non obscure cognoveram Vestram Illustrissimam  
Dominationem Oratores Cracoviam ad homagia praestanda misisse. Sed

illud, quod mihi hisce proximis litteris Vestra Illustrissima Dominatio significat, neque compertum neque exploratum habebam, nempe quo pacto unus ex eorum numero in medio cursu itineris peste correptus e vivisque sublatus interierit. Atque ne alii contagionem mali isthuc introducerent, revertissent. Tamen Sacra Regia Maiestas ista graviter molestoque animo tulerit, et culpam in Vestram Illustrissimam Dominationem retorquens, in deteriorem partem Oratorum reditum acceperit. Ego vero hac in parte non tam vicem Vestrae Illustrissimae Dominationis doleo, quae hic omni prorsus culpa mihi videtur vacare, adeo ut illi temere talia affingi nihil dubitem, sed id maiore cum animi perturbatione me ferre oportet, quod Sacra Regia Maiestas ad hunc modum praeposteris consiliis se agi patitur et bene dextreque facta in sinistram partem interpretari minime dubitat. Cum re alcius et vere reputata, quin cautos, civiles et prudentes se Oratores Vestrae Illustrissimae Dominationis praebuerint, nemo fortasse in controversiam revocare queat, et cicicus dixerit illos gratiam quam repraehensionem referre pro eo debere.

Ac tametsi Vestra Illustrissima Dominatio ita ingenio abundet, ut nullo consilio, nullis cohortacionibus indigeat, pro suaque singulari et eximia prudentia intelligat, in quam partem ista actipere et quo pacto moderari debeat, tamen putavi me facere oportere, ut Vestrae Illustrissimae Dominationi perscriberem et quodammodo perstringerem, non solam Vestram Illustrissimam Dominationem ad hunc modum peti et vellicari, esse hic etiam quosdam, quibus notae iis non dissimiles et graviores inuruntur. Ac ego videor esse praecipuus, in cuius caput omnia recidere volunt. Dicor enim autor et architectus omnium non solum, quae hic geruntur, verum etiam quod Vestra Illustrissima Dominatio cum aliis Principibus feudatariis ad homagium praestandum non venerit. Eo audaciae et vanitatis malevoli, invidi et assentatores processerunt, et adeo spaciosum campum apud Sacram Regiam Maiestatem occuparunt, ut non vereantur prodigiose vana comminisci et in animum Principis instillare. Vestra Illustrissima Dominatio optime novit, quid cum ea in hoc congressu egerim, ac eam mihi testem ascisco me nihil unquam contulisse, quod non debitum meum et fidem erga Sacram Regiam Maiestatem et erga Rempublicam redoleret. Quae omnia tanto levius fero, quanto longius a culpa absum. Atque non est, cur haec etiam magnopere Vestram Illustrissimam Dominationem moveant, quae hac in parte praeclarae voluntatis consciencia nititur. Porro si eorum ab aliquo introducta fuerit mencio, non praetermittam, quin in tuendis et purgandis partibus Vestrae Illustrissimae Dominationis talem, qualem oportebit, me per omnem occasionem praebeam. Neque, ubi ita res flagitaverit, quenquam celabo, quibus rationibus Vestrae Illustrissimae Dominationis Oratores adducti regressi fuerint, neque existimo aliquos futuros, qui ex eorum facto sint suspiciones indagaturi.

De Tartaris haec ad nos certis sermonibus et autoribus perlata sunt, quod in terras Russiae irrucione facta eam in aliquot locis depopulati sunt et, praeda ingenti potiti, intacti ad sua se receperunt, quandoquidem non erat, qui tam repentinas eorum excursiones, nullis isthuc copiis mercede conductis collocatis, arceret. De quorum multitudine nondum nobis

liquido constat. Contra quos etiam, si nunc urgeretur, undique contracta expeditio non posset aliquod momentum adferre, cum Tartari non soleant diucius in locis, in quos excurrunt, immorari, sed praeda comparata quam primum inde discedunt. Quid futurum sit deinceps, Deus iam bene previdet.

Ad litteras meas, quarum exemplum Vestrae Illustrissimae Dominationi misi, hactenus nihil mihi Sacra Regia Maiestas respondit. Quare non habeo, quid de eo Vestrae Illustrissimae Dominationi perscribam. Tamen illud non praetermittam, quod hactenus isthic mihi non cessant dura et tragica minari...

Datae Posnaniae, X Octobris, anno Domini MDLXIX.

a) Illustrissimae Dominationis Vestrae servitor  
Andreas Comes a Gorka etc. subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

N. 1206.

Cracoviae, 15.X.1549.

*Samuel Maciejowski, episcopus Cracoviensis et R.P. cancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
se magnopere curavisse nuntiat, ut nuntius ducis a rege celeriter expediretur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

Illustrissime Princeps etc.

Is, quem huc Illustrissima Dominatio Vestra misit, attulit ad Maiestatem Regiam litteras eodem argumento, quo priores scriptae erant, scriptas. Is ut celeriter et audiretur et expediretur, admonitus litteris Illustrissimae Dominationis Vestrae curavi. Et quidem Sacra Maiestas Regia litteris Illustrissimae Dominationis Vestrae idem, quod antea, respondit. Caeterum quae verbis coram retulit, verbis quoque responsum ei est. Id, quod vel ipse Illustrissimae Dominationi Vestrae exponet, vel perscribet. Ego is profecto sum, qui omnia mandata Illustrissimae Dominationis Vestrae omni studio et diligentia obire vehementer cupiam, quod eius gratiam et perspectam erga me benignitatem plurimi faciam... Datum Cracoviae, XV Octobris, anno Domini MDXLIX.

a) Vestrae Illustrissimae Dominationis  
servitor humilis et capellanus  
Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni  
Poloniae Cancellarius subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.



*Ioannes Łaski*

*Alberto in Prussia duci*

*de licentia se in Angliam conferendi apud regem Poloniae a se petita; de turbis in Anglia adhuc persistentibus; de negotio dominorum a Mansfeld; de litteris ab archiepiscopo Cantuariensi [Thoma Cranmer] sibi missis.*

*Sigill.*

*(Fere ex toto in ciphra; adest solutio in foliis separatis)*

*Iam ed. Kuyper II, p. 633-36.*

*H B A, B 2, K.378.*

<sup>a)</sup>Rogo Celsitudinem Tuam, ut opera [sua] a Rege Poloniae impetrare possim, in aperto et obsignato ipsius diplomate<sup>b)</sup>, quod <sup>a)</sup>in meo ad Tuam Celsitudinem itinere aliud nihil a meo Rege Poloniae petierim, quam licentiam conferendi me ad Angliam cum bona Regis Poloniae gratia, si ipse opera iam mea non egeret<sup>b)</sup>. Qua de re ego quoque scribo. Scribo item <sup>a)</sup>ad Reginam Bonam,<sup>b)</sup> essetque mihi ea res magno usui <sup>a)</sup>ad probandum apud Caesarem<sup>c)</sup> innocentiam meam.

In Anglia adhuc sunt turbae magnae. Bis sunt profligati rustici, novus illorum Rex captus et plexus. Episcopi quatuor capti, assecrae rusticorum,<sup>b)</sup> sed <sup>a)</sup>adhuc superest unus rusticorum exercitus, cum quo adhuc confligendum erat. Rex <sup>d)</sup>Galliae<sup>1)</sup> iam a Bononia dicitur recessisse communito ita portu, ut nemo vel accedere vel excedere possit. De pace inter Regem Galliae et Regem Angliae<sup>2)</sup> nihil adhuc audimus et dolemus. Varia sunt, quae de Caesaris cum Rege Angliae contra Regem Galliae federibus iactantur.<sup>b)</sup>

Praelegi <sup>a)</sup>Dominis a Mansfeld litteras Celsitudinis Tuae, per Simonem Loytz ad me missas<sup>b)</sup>. Excusant diligentissime <sup>a)</sup>secretum proditum et negant constantissime se cuiquam quidquam omnino revelasse<sup>b)</sup>. Imo vero neque <sup>a)</sup>cum Rege Daniae<sup>3)</sup> quidquam voluisse agere,<sup>b)</sup> neque <sup>a)</sup>illi Tuae Celsitudinis transmisisse adhuc,<sup>b)</sup> quod metuerent, ne <sup>a)</sup>res latius invulgaretur.<sup>b)</sup> Haec <sup>a)</sup>sancte iurant se observasse et queruntur<sup>b)</sup> magnam <sup>a)</sup>sibi iniuriam fieri ab iis, qui illos apud Tuam Celsitudinem<sup>b)</sup> hac in parte <sup>a)</sup>detulerunt. Dicunt item se magnum inde damnum accepturos esse, si hic per Tuam Celsitudinem nunc deserantur.<sup>b)</sup> Quale <sup>a)</sup>adhuc rogant summa cum diligentia, ut eos Celsitudo ne deserat,<sup>b)</sup> posteaquam nullius rei <sup>a)</sup>culpam habent,<sup>b)</sup> sed ut <sup>a)</sup>illos nihilominus adiuvet, quemadmodum semel promisit. Illi etiam, quae promiserunt, omnia praestare volunt.<sup>b)</sup> Petieruntque, ut <sup>a)</sup>haec ita scriberem ad Tuam Celsitudinem,<sup>b)</sup> ipsique etiam <sup>a)</sup>forte scriberent.<sup>b)</sup> Quod si mihi liceat aliquid hic dicere <sup>a)</sup>apud Tuam Celsitudinem, plane puto rem secretiorum fore, si illis detur aliquid, quam si nihil detur. Urgebunt enim nec finem facient, donec eis detur quod promissum est, et frequentibus istis nunciis ac litteris res magis ac magis invulgatur.<sup>b)</sup> Itaque Celsitudo Tua secum ipsa statuatur, quid facere velit. Cui me ego totum humillime et officiosissime commendo. XXI Octobris.

<sup>a)</sup>Hic iam ero per totam hyemem in Brema.<sup>b)</sup>

Post scripta haec omnia <sup>a)</sup>accepi litteras Episcopi Cantuariensis<sup>4)</sup> de pace cum Rege Galliae. Scribit adhuc non esse habendam ab Anglis spem ullam, quia non credunt amplius Gallis. Pro oblata per Ducem Prussiae navi magnam habent Angli gratiam,<sup>b)</sup> et gratissimum dicunt

a) sibi fore hoc officium Ducis Prussiae post hyemem transactam. Scribit<sup>b)</sup> praeterea omnes a) seditioes in Anglia sedatas iam esse. b) Ego tamen putarem cessandum a) non esse in procuranda pace inter Gallos et Anglos, postquam Rex Galliae a Bononia discessit. b)

a)-b) in ciphra.

1) Henricus II.

c) Caesarem in margine manu recentiori, in textu: Anglos

2) Eduardus VI.

3) Christianus III.

d) correctum in margine, in textu: Regi

4) Thomas Cranmer.

N. 1208.

Bremae, 21.X.1549.

*Ioannes Laski*

*Alberto in Prussia duci*

*de benigna sui ex Frisia dimissione; de gratitudine Ecclesiae sibi demonstrata.*

*Sigill.*

*(Annexum: Exemplar litterarum comitissae Annae universis de Ioannis Laski dimissione, de die 2.X.1549).*

*Iam ed. Kuyper II, p. 633-36.*

*H B A, B 2, K.378.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Post scriptas priores litteras meas adferebatur mihi responsum a meo Principe ac de religione quidem mihi dicebatur, sed tantum proferebantur minae Caesaris, si me Princeps in sua ditioe deinceps retineret. Quare Principem petere, ut sua ditioe excederem, ne illam periculo una mecum involverem, adversus quod illa me defendere non posset. Breviter, videbam mihi apud Frisios non amplius locum fore meque de migrando una cum tota familia etiam ante hyemem oportuisse cogitare. Itaque scribere ad Tuam<sup>a)</sup> Celsitudinem non prius volui, quam finem rerum mearum haberem. Iam vero huc me tandem contuli, cum (propter hyemis incommoda) eo, quo destinaram, proficisci non possem.

Sum autem benigne dimissus cum a Principe ipsa, tum a tota etiam Ecclesia, quemadmodum id litterae Principis testantur. Ecclesia vero tota, delectis in hoc centum civibus et totidem matronis piis, in gratitudinis suae erga me testimonium, publicum mihi et collegis meis convivium instruxit. Adornaverat et munus honorarium pro me tota mea Ecclesia, sed ego illud accipere recusavi. In convivio autem illo, post sumptum cibum, in exhortationibus ad fidei ac religionis verae profectendae constantiam ac gratiarum actionibus totum diem, sublatis mensis omnibus, transegitur ac demum, non sine multis omnium lachrymis, ad aedes meas ab omnibus deductus, dimissus sum tandem ab illis, accepto ab omnibus pacis osculo.

Quod equidem gratitudinis Ecclesiae meae erga me exemplum ideo ita Tuae Celsitudini commemorare volui, ut haec meorum<sup>b)</sup> pietas alios excitet ad observantiam et amorem ministrorum suorum. Equidem hoc ausim dicere, totam meam Ecclesiam proiecturam fuisse bona sua ante pedes nostros, si hoc petissemus. Quo sane nomine ago gratias Domino

Deo meo, quod voluerit non esse vanum atque otiosum ministerium nostrum in colligenda sua Ecclesia. Illi laus et gloria in saecula. Amen.

Ego igitur ita a meis dimissus huc me contuli, ut non procul a meis adhuc abessem eosque subinde in confessionis et fidei constantia confirmarem. Caeterum, collegae mei adhuc operi suo instant, in docendo etiam post inhibitionem Magistratus, neque cessabunt, spero, nisi vi aut capiantur, aut pellantur. Dominus illos corroboret Spiritu suo et det illis os ac sapientiam ad obturandum ora adversariorum Evangelii Christi. Habet Tua Celsitudo rerum hic nostrarum rationes omnes descriptas obiter et tumultuarie. Dabitque veniam festinationi meae Celsitudo Tua, quae facile cogitare potest, animis et rebus perturbatis, non posse nisi tumultuarie etiam scribi quidquam... Bremae, XXI Octobris, anno 1549.

Tuae Celsitudinis Illustrissimae  
addictissimus Ioannes a Lasco manu propria.

Mitto Tuae Celsitudini extremum meum cum Pastoribus Frisiae, collegis meis, colloquium in publico coetu et exemplum litterarum meae missionis.

a) sequitur expunctum: scrib

b) in margine, pro expuncto in textu: illius

*Annexum: Litterae universales Annae comitissae Frisiae Orientalis de Ioannis Laski ex Frisia dimissione.*

Nos, Anna ab Oldemborch et Delmenhoirst,<sup>2)</sup> Comes Frisiae Orientalis vidua, notum facimus per praesentes nostras litteras, quod cum Ioannes a Lasko per septennium aut amplius publico Ecclesiarum ditionis nostrae ministerio defunctus esset, atque se cum in pura Evangelii Iesu Christi doctrina promovenda, tum in ipsa etiam vitae conversatione publica, irreprehensibilem prorsus exhibuisset, sic ut nos propter ipsius fidem, pietatem, eruditionem, integritatem ac sedulitatem, cuius alioqui testimonium apud omnes subditos nostros, quibus modo religio vera pietasque christiana cordi est, longe locupletissimum reliquit, multo libentissime illum toto gubernationis nostrae tempore apud nos tulissemus operaque illius in ministerio Ecclesiarum nostrarum usae perpetuo fuissemus. Sed cum Caesarea Maiestas ipsum apud nos ferre amplius non posset nobisque mandasset, ut ipsum in nostra etiam ditione deinceps non ferremus, nosque intelligeremus non ipsum modo Ioannem a Lasko, sed nos quoque ac liberos nostros, una cum tota ditione (nisi id faceremus), in certum periculum esse venturos, egimus cum ipso, ne se ipsem et nos una cum nostris liberis ac nostra ditione periculo involvere vellet, sed potius voluntatem Caesareae Maiestatis secutus, alio commigraret.

Quod ipse quidem se non gravatim facturum esse respondit, modo ut illi Ecclesia, quae ipsum in ministerium receperat, abundi faceret potestatem, ne ipse demum, desertae Ecclesiae suae nomine, cum apud Deum in eius iudicio, tum etiam apud pios et christianos omnes accusari quoquomodo posset. Convocata igitur Ecclesia et exposita coram illa periculorum magnitudine, adversus quae nos ipsum Ioannem a Lasko, ditionemque adeo nostram, tueri ac defendere non possemus, etsi magno id omnium dolore fieret, tamen evitandorum periculorum gratia, et nos et Ecclesia nostra tota illi abundi potestatem fecimus, actis illi gratiis pro fide, diligentia et sedulitate in ministerio ipsius, donec ipse rursum

a nobis, tanquam ordinaria potestate, revocaretur ac citra praeiudicium alterius vocationis redire posset, si forte aliquando Dominus, pro sua misericordia, tranquilliora rursum tempora Ecclesiae suae restitueret.

Proinde hanc esse et aliam nullam abitus hinc sui causam testificari hisce nostris litteris voluimus, ne quis illum aliquid omnino in nos aut quenquam nostrorum commisisse putet, quod ei nostram vel minimam indignationem peperisset, aut nobis etiam aliquid in concredito illi per nos Ecclesiarum nostrarum ministerio quoquomodo displicuisset. Cuius equidem nomine illi nos cum omnibus nostris Ecclesiis gratiam habemus, adeoque ipsum etiam omnibus, ad quos ipsum venire contigerit, ut cuiusque dignitas ac conditio fert, officiose commendamus per praesentes litteras nostras scriptas et sigillo nostro communitas. Emdae, secunda Octobris, anno 1549.

z) sic in ms.

N. 1209.

Ruzowsk, 28.X.1549.

*Stanislaus Suszycki, eques Polonus,  
Alberto in Prussia duci*

*pro beneficiis a duce in se collatis gratias agit, quibus adiutus eruditionem suam in Academia Regiomontana promovere potuit.\*)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

Salutem plurimam etc.

Facile quidem credo, Illustrissime Princeps et Domine Clementissime, Tuam Illustrissimam Amplitudinem me, etiam praesentem, vix agnitam esse, tantum abest, ut ex scriptis cognoscere possit. Tamen ut meam gratitudinem, quam insigni Celsitudinis Tuae erga me pietati debeo, testatam faciam, scribendum mihi ad Amplitudinem Tuam Illustrissimam putavi, quamlibet a Tua Celsitudine Illustrissima semel tantum illo tempore visus sim, quo me Tuae Amplitudini Dominus Ioannes a Lasco in patriam abeuntem commendavit.

Etsi autem, Illustrissime Princeps, Tua Amplitudo meritorum erga me suorum commemoratione<sup>a)</sup> non multum delectabitur, tamen me ea commemorare ita iuvat, ut illis frui et utile et volupe fuit adeo, ut etiam nunc praecipuum ad Tuam Celsitudinem scribendi argumentum habeam, quo scriptis meis Illustrissimae Amplitudinis Tuae in me clementiam atque liberalitatem testificer, qua ego in urbe Regiomontana munificentissime adiutus, quantulamcunque eruditionem meam plurimum promovi. Et quanquam ego nunquam Celsitudini Tuae Illustrissimae testificando referre poterō, quod mihi ipsa bene merendo praestitit, atenim<sup>z)</sup> quum id solum in manu mihi sit, facere illud, quoad vivo, non desinam.

Nam ut me potius Illustrissimae Amplitudini Tuae ad quodvis servitiorum genus paratissimum offeram, vix hoc vel cogitare audeo, quippe qui me ad illa idoneum non agnoscam. Si tamen Celsitudo Tua aliquid in me aut esse aut unquam futurum putaverit, quod amplitudine tanti Principis dignum sit, utatur me Celsitudo Tua, ut dignabitur, imperet nihil recusatum, quod volet. Ita enim cumulum beneficiis erga me Celsitudinis Tuae additum existimabo, si quid me Amplitudo Tua Illustrissi-

ma exequi iusserit. Quod ut faciat Clementia Tua, etiam atque etiam humillime peto, et me Clementiae Tuae (qua maiore possum reverentia) benignitati et gratiae commendo, eandem Celsitudinem Tuam sibi suaeque familiae, vel potius toti Reipublicae Christianae nobisque omnibus, diutissime servari incolumem ac foelicem comprecans atque cupiens. Caeterum si quid Amplitudo Tua rerum Polonicarum audire dignabitur, Siecinski iste, Tuae Illustrissimae Celsitudinis famulus, aliqua referre poterit. Perscribere enim consilium non fuit, ne forte Illustrissimae Celsitudini Tuae parum utiliter tempus extraherem. Datum e Rusowsk, V Calendas Novembres, anno Domini MDXLIX.

Illustrissimae Amplitudinis Vestrae  
servulus atque clientulus  
Stanislaus Sushycki a Murz, Eques Polonus.

a) in margine.  
z) sic in ms.

\*) *reproductio fotogr. manuscripti v. Mahek,*  
St. Murzynowski.

N. 1210.

Lublina, 15.XI.1549.

*Ioannes Policki*

*Alberto in Prussia duci*

*30 taleros sibi a duce mutuo datos se redditurum nuntiat; de suppeditandis duci bobus edoceri cupit; duos equos eunuchos dono mittit. Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

Alldergnedigster her und fierst.

Wie mir E. F. G. geschriben haben undesselbige gelt, das ko. mt. referendarius hat geschickt durch meinen stiffson seinem freunde, welcher hat gestudireth zu Konigsbergk in universitate. Allergnedigster her und fierst. Ich als armer vater, ich wil desselbige gelt, die 30 taler durch mein egen diner zur hand E.F.G. zu schicken in kurtzer zeit und derneben ist mein unterdanige bitt E.F.G., das derselbige mein stiffson nicht ungnedigen hern het an E.F.G. und geb E.F.G. zu wissen, das ich hab auff E. F. G. gehalten 2 hundert oxsen.

Die warn recht kauffs, sie warn schin und gros, die noch der Jerge, der Ewer Furstlich Gnade<sup>a)</sup> tochter gedint hat, hab er sie noch bey mir gefunden. Er hat mich auch bericht, das er dieselbige oxsen gesehen hat, die der Prettevucz<sup>b)</sup> E.F.D. geschickt hat und hat mich auch derselbige Jerge bericht, das im der Greben gesagth hot, das der hauffen nicht forfullent wer, wie E.F.G. der Prettwicz gesriben hot, so hab ich mein oxsen nicht gedorfft schicken, dieweil der Prettwicz seine geschickt hat. So schicke ich meinem briff zu E.F.G. eilend. Ich<sup>c)</sup> tu E.F.G. zu wissen, ich hab noch auf dismal zwehundert oxsen; ist E.G. willen, so wil ich E.F.G. zu schicken auf meinen egen unkost biss auf E. F. G. ampt. Wo aber E. G. nicht bedirft, so wil ich Ewer Gnade schicken 100 ader ander halbhundert, ein<sup>d)</sup> stock zu schestenthalben golden E. F. G. sollen wissen, das ich hab die kundthschafft, das aufs fur jar die oxsen theuierher wern den izt unfridss halben. Ich wil E. F. G. solche oxsen zuschicken, das E. F. G. den fur jarigen schaden nochkomen wirdt, den ich wolt mein zolth nicht furgeblich<sup>e)</sup> nemen von E. F. G. und ich tu Ewer Gnade<sup>f)</sup> zu wissen, ich hot fur Ewer

Gnade ein zelter, den ich hab selbst geriten bey einem firtel jar, der da geutt zams ist und gewisser schenckel und firder risth. Ich hot in itzt durch meinen stiffson geschickt, sonder ich hab in ein wenig gedruckt<sup>h)</sup> mit dem sathel, den ich wil E. F. G. mit dem andern gaul auff allererst schicken.

Ich bitt E. F. G. Ewer Gnade wolt mir auf allereilendst schreiben, wie ich mich halden soll, das ich wolt E. F. G. nawe Zeichtung schreiben. Ich wisse nichts anders, den ko. mt. wil kein landthag halden und der her von Krakau, man wes nicht, was fer<sup>i)</sup> Hailiger Geist ain in getreten ist, das man dervon sagt, das her nicht nach Krakau reiten wil, biss die junge konigen auszeit. E. F. G. wisen wol, wie es im lande zugehet<sup>j)</sup> nach der ald weise und ich bitt E. F. G. wolt mein gnediger her bleiben. Datum zu Lublin am Freitag nach Martini anno Domini 1549.

E. F. G. underteiniger diner

Jan Polliczky.

a) a in medio verbo expunctum.

b) verbum correctum.

c) sequitur littera expuncta.

d) additum in margine pro expuncto in textu:  
sin

e) supra lineam.

f) sequitur littera expuncta.

g) sequitur expunctum: wi

h) verbum correctum.

i) sequitur expunctum: heiliger

j) g in medio verbo expunctum.

N. 1211.

Lomża, 16.XI.1549.

*Ioannes Wojślawski, canonicus Plocensis et Varsaviensis, notarius Lomzensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*de die cognoscendis et discernendis controversiis designato ob periculum pestis in aliud tempus differendo.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Illustritas Vestra dignata est litteris suis mihi significare diem indictionis vigesimam quartam Novembris huius anni et locum deputatum [ad] controversias utriusque Ducatus per Commissarios cognoscendas et discernendas. Pro qua die ego condescendere nequeo ad Commissarios Illustritatis Vestrae, cum pro eodem tempore cogor apud Sacram Reginalem Maiestatem<sup>1)</sup> in certis negociis Warschoviae fore. Et Dominus Palatinus Plocensis<sup>2)</sup> nunc est absens, et ipsius Vicecapitaneus Visnensis; occasione cuius Illustritas Vestra dignetur aliud tempus indicare propter certas causas, et signanter incrassationem pestis, que in Vassosche et in nonnullis locis circa viget et cepit augumentari. Propter quod non est tutum condescendere ad locum prefatum Commissariis... Ex Lomza, sedecima Novembris, anno Domini MDXLIX.

Servitor obsequentissimus

Ioannes Voyslawski, Plocensis Warschoviensisque  
Canonicus, Notarius terrestris Lomzensis.

1) Bona.

2) Feliz Srzeński.

Lomża, 26.XI.1549.

*Ioannes Wojślawski, canonicus Plocensis et Varsaviensis, notarius Lomzensis,  
Alberto in Prussia duci  
de necessitate ab iniuriis, controversiis et invasionibus mutuis quiescendi, donec certa limitum per commissarios Ducatus Prussiae et Ducatus Masoviae fieret determinatio.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.378.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Absentia Domini Palatini Plocensis<sup>1)</sup> et ipsius Vicecapitanei Visnensis, ac illius loci aure suspecte, effecit, quod diei indictionis deputate per Illustritatem Vestram controversiarum utriusque Ducatus sopiendarum ac cognoscendarum non est satis factum. Et profecto non erat tempus nunc tutum tam Commissariis Illustritatis Vestrae, quam nobis, insimul convenire, cum in aliquibus locis sevir cepit aura suspecta, ex quibus homines oporteret convenire ac audire mutuas controversias illorum. Occasione cuius consulcius est, ut utraque pars tantisper quiesceret a iniuriis prefatis et controversiis ac invasionibus mutuis, donec certa limitum per Commissarios utriusque Ducatus fieret determinatio, quum satis stricte per Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, subditis Ducatus Mazovie est mandatum, et nunc frequenter Sacra Reginalis Maiestas<sup>2)</sup> nobis, factoribus et officialibus suis, mandat, ut sub penis magnis et irremissibilibus subditi Ducatus Mazovie nichil quidquam controversiarum innovarent cum subditis Illustritatis Vestrae, vicinis suis, et quod scopuli seu limites noviter facti sunt, ut Illustritas Vestra scribit, nullum commodum parti possunt adferre, quae illos fecerit, neque damnum parti adversae. Nichilominus ego in tenuta mea Colnensi satisfaciendo Illustritatis Vestrae mandatis, preconem cum ordine terrestri mitto ad obducendum limittes<sup>2)</sup> noviter factos et ad rescindendum, qui essent ausi talia facere. Sed credo, quod ex tenuta mea nullus talis invenietur. Et Domino Palatino et Vicecapitaneo Visnensi scribo, ut idem facerent et mandarent, ut ab istis controversiis iuxta mandatum Regiae Maiestatis nunc cessarent sub penis ad adventum Commissariorum, aut saltim ad tempus per Illustritatem Vestram assignandum, pro exaudiendis et sopiendis utriusque Ducatus controversiis... Ex Lomza, XXVI Novembris, MDXLIX.

Servitor obsequentissimus  
Ioannes Voyslawsky, Notarius terrestris  
Lomzensis.

2) sic in ms.

1) Feliz Srzeński.

2) Bona.

Srzeńsko, 29.XI.1549.

*Felix Srzeński, palatinus Plocensis,  
Alberto in Prussia duci*

*de controversiis ob scopulos in finibus adhuc ambiguis a subditis regis  
positos componendis et de finibus stabiliendis.*

*Sigill.*

*(Cum schedula)*

*H B A, B 2, K.378.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Hodie cum iam curram, iturus ad Maiestatem Regialem,<sup>1)</sup> consensurus essem, accepi de data XXIIa huius mensis Vestrae Dominationis Illustrissimae literas, ex quibus illa omnia intellexi, quae mihi de negotio finium stabiliendi et iniuriis subditorum suorum perscribere dignata est.

Quod attinet scopulos, in bonis Ducatus Illustrissimae Vestrae Dominationis per subditos Maiestatis Regiae noviter erectos, iniquo equidem fero animo hominum audatiam, mandata regia et foedus vicinitatis turbantium. Quoniam tamen ex literis Dominationis Vestrae Illustrissimae intelligere non poteram, per quos subditorum Maiestatis Regiae et inter quae bona huiusmodi scopuli positi sint, cum quo hac de re agi debeat, incertum est. Quare dignetur Vestra Dominatio Illustrissima eius audaciae autores et ipsorum scopulorum locum mihi, vel Vicecapitaneo meo Wyznensi, literis suis declarare, cui etiam scribo, ut, habitis ea de re Vestrae Dominationis Illustrissimae literis, mox in locum differentiarum descendat et, bona informatione accepta, illud, quod in preiudicium bonorum ducalium factum esse cognoverit, in nihilum redigat et iuxta mandata Maiestatis Regiae negotium cognoscendorum finium ad decisionem et determinationem generalem pendere faciat. Nam cum illud vehementer studio habeam, ut harum de finibus dissensionum finis quam primum statuatur, ne minimam velim male merendi et ius vicinitatis violandi occasionem ex se prebere. Quod et Illustrissimae Dominationi Vestrae non postremae curae esse video. Quantum itaque ex me erit, omnem eo admonebo animum, ne videatur videri per me stetisse, quominus ipsarum controversiarum finis sit...

Ex Srzeńsko, penultima Novembris, 1549.

a) Illustrissimae Dominationis Vestrae addictissimus  
servitor<sup>b)</sup>

Foelix Srzeński a Socolowo, Pallatinus Plocensis,  
Marienburgensis Generalis, Plocensis,  
Wyznensis, Lomzensis Capitaneus,

a) manu propria subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Bona.*



*Schedula adiuncta:*

Literas illas, quas Dominatio Vestra Illustrissima ad Dominum Woyslawsky committere dignata est, de praestituto die cognoscendis finium differentiis, Dominus Woyslawski Maiestati Reginali prius premisit ad meamque non devenerunt noticiam, donec die ipso et termino constituto lapso. Diligenter itaque supplico, ne Illustrissima Dominatio Vestra gravius ferre <sup>a)</sup> dignaretur, quod serius hac de re illi scribo.

a) *in ms. fere*

*N. 1214.*

*Gnesnae, 10.XII.1549.*

*Andreas a Gôrka, castellanus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
litterae fidei pro Eustathio Trepka, secretario suo, quem ad ducem in  
certis negotiis mittit.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.378.*

*N. 1215.*

*Cracoviae, 11.XII.1549.*

*Stanislaus Cikowski  
Alberto in Prussia duci  
de obitu pontificis Romani [Pauli III]; de canonico Czarnkowski ad regem  
Ferdinandum misso; de synodo cleri dioeceseos Cracoviensis; de regis  
in Niepołomice ad venationem projectione.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 2, K.378.*

*Illustrissime Princeps, etc.*

Quum famulus Vestre Illustrissime Celsitudinis casu mihi occurrit, pretermittere nolui, quin salutem Vestre Illustrissime Celsitudinis literis meis non inviserem, quam a Iesu Cristo Servatore nostro in longa tempora Vestre Illustrissime Celsitudini opto et desidero. In quibus quoque affectum servitutis meae erga Vestram Illustrissimam Celsitudinem declaro etc.

Novitates, que in curia Sacre Regie Maiestatis, Domini mei clementissimi, habentur, Vestre Illustrissime Celsitudini <sup>a)</sup> nota facio.

Papa,<sup>1)</sup> est res certa, ut est mortuus et desperant omnes, ut vix tam religiosum <sup>2)</sup> virum invenient in locum istius, qui est mortuus.

Maiestas Regia, Dominus meus clementissimus, ad Reiem <sup>z)</sup> Ferdinandum misit in legatione Czarnkowsky Canonicum et discessit ex Cracovia 6 Decembris. De Conventu ienerali,<sup>z)</sup> uti mos est apud nos in Regno Polonia <sup>z)</sup> quilibet anno semel, aduc nihil auditur.

Pridie nono Decembris hic Cracovie fuit conventus sacerdotum, uti vocant, Sinodus de Episcopatu Cracoviensi. Originem fecerunt de reformatione morum ac abusu in Ecclesia <sup>z)</sup> Christi et confitebantur soli, quot <sup>z)</sup> male in officiis suis administrant. Finem vero Sinodi, ommissa <sup>b)</sup> religione, de pecuniis et contributionibus tractare incesperunt et conclusionem ita fecerunt.

Maiestas Regia, Dominus noster clementissimus, ex gracia divina est bene sanus et cras, 12 Decembris, debet ire at <sup>z)</sup> Niepolomicze at venacionem...

Datum Cracovie, 11 Decembris, anno Domini 1549.

Eiusdem Vestre Illustrissime Celsitudinis  
servitor deditissimus  
Stanislaus Czykowsky manu propria.

a) *in ms.* Celsitudinis

b) *sequitur verbum expunctum.*

z) *sic in ms.*

1) *Paulus III.*



ELENCHUS EPISTOLARUM

Nr.			Dat
1076	Anna dux Masoviae (cum schedula)	Alberto duci	Iaroslaviae, 5.IV.1548
1148	Bagieński Iacobus (cum annexo)	» »	Visnae, 8.II.1549
1197	» »	» »	Wąsosz, 19.IX.1549
1055	Bojanowski Stanislaus	» »	Petricoviae, 5.II.1548
1082	» »	» »	Ragnetae, 12.IV.1548
1091	» »	» »	Vilnae, 2.V.1548
1092	» »	» »	Łomazy, 12.V.1548
1100	» » (cum schedula)	» »	Cracoviae, 8.VI.1548
1111	» »	» »	Cracoviae, 21.VII.1548
1114	» »	» »	Cracoviae, 18.VIII.1548
1119	» » (cum 2 schedulis)	» »	Posnaniae, 19.IX.1548
1125	» » (cum schedula)	» »	Petricoviae, 6.XI.1548
1126	» » (cum schedula)	» »	Petricoviae, 21.XI.1548
1128	» » (cum annexo)	» »	Petricoviae, 29.XI.1548
1134	» » (cum schedula)	» »	Petricoviae, 19.XII.1548
1137	» »	» »	s.l., s.d. [1549]
1142	» »	» »	Petricoviae, 27.I.1549
1143	» »	» »	Petricoviae, 31.I.1549
1146	» »	» »	Petricoviae, 5.II.1549
1157	» »	» »	Cracoviae, 18.III.1549
1158	» »	» »	Cracoviae, 28.III.1549
1160	» »	» »	Cracoviae, 19.IV.1549
1162	» »	» »	Cracoviae, 25.IV.1549
1164	» »	» »	Cracoviae, 29.IV.1549
1169	» » (cum 3 annexis)	» »	Cracoviae, 18.V.1549
1173	» » (cum annexo)	» »	Cracoviae, 28.V.1549
1175	» » (cum annexo)	Assuero Brandt	Cracoviae, 11.VI.1549
1184	» »	Alberto duci	Cracoviae, 16.VII.1549
1185	» »	» »	Cracoviae, 22.VII.1549
1190	» »	» »	Cracoviae, 8.VIII.1549
1195	» » (cum schedula)	» »	Cracoviae, 14.IX.1549
1204	» »	» »	Cracoviae, 3.X.1549
1086	Chodkiewicz Hieronymus	» »	Vilnae, 23.IV.1548
1072	Cikowski Stanislaus (cum schedula et 2 annexis)	» »	Goraj, 2.IV.1548
1078	» »	» »	Goraj, 10.IV.1548
1215	» »	» »	Cracoviae, 11.XII.1549
1167	Dobrzykowski Ioannes	» »	Dobrzykowo, 6.V.1549
1116	Dzierzgowski Nicolaus	» »	Opczno, 28.VIII.1548
1155	» »	» »	Łowicz, 1.III.1549

Nr.			Dat.
1060	Górka Andreas	Alberto duci	Posnaniae, 11.III.1548
1068	» »	» »	Posnaniae, 26.III.1548
1071	» »	» »	Posnaniae, 2.IV.1548
1074	» »	» »	Posnaniae, 5.IV.1548
1087	» »	» »	Posnaniae, 26.IV.1548
1097	» »	» »	Posnaniae, 23.V.1548
1103	» »	» »	Posnaniae, 13.VI.1548
1106	» »	» »	Posnaniae, 23.VI.1548
1109	» »	» »	Posnaniae, 19.VII.1548
1115	» »	» »	Posnaniae, 26.VIII.1548
1117	» »	» »	Posnaniae, 4.IX.1548
1133	» »	» »	Petricoviae, 10.XII.1548
1147	» »	» »	Posnaniae, 7.II.1549
1161	» »	» »	Posnaniae, 21.IV.1549
1174	» »	» »	Posnaniae, 10.VI.1549
1177	» » (cum annexo)	» »	Posnaniae, 18.VI.1549
1181	» » (cum 2 annexis)	» »	Posnaniae, 3.VII.1549
1198	» »	» »	Posnaniae, 21.IX.1549
1199	» »	» »	Posnaniae, 21.IX.1549
1202	» »	» »	Posnaniae, 1.X.1549
1205	» »	» »	Posnaniae, 10.X.1549
1214	» »	» »	Gnesnae, 10.XII.1549
1085	Grabia Nicolaus	» »	Oleśniki, 16.IV.1548
1083	Hosius Stanislaus	» »	Cracoviae, 12.IV.1548
1145	» »	» »	Petricoviae, 3.II.1549
1179	Jabłoński Ioannes	» »	Jabłonna, 24.VI.1549
1188	» »	» »	Kozaczów, 3.VIII.1549
1152	Kieżgajło Stanislaus	» »	Vilnae, 22.II.1549
1131	Kmita Petrus	» »	Petricoviae, 8.XII.1548
1151	» »	» »	Wiśnicz, 15.II.1549
1052	Konarski Christophorus	» »	Petricoviae, 20.I.1548
1070	» » (cum 2 annexis)	» »	Sztum, 31.III.1548
1163	» » (cum annexo)	» »	Cracoviae, 25.IV.1549
1165	» » (cum annexo)	» »	Cracoviae, 1.V.1549
1171	» »	» »	Cracoviae, 27.V.1549
1187	» »	» »	Cracoviae, 24.VII.1549
1182	Łaski Ioannes	» » Ex Regia Polyphemi, 11.VII.1549 *)	
1191	» »	» »	Gedani, 10.VIII.1549
1192	» »	» »	Gedani, 12.VIII.1549
1196	» »	» »	Emdae, 18.IX.1549
1207	» »	» »	Bremae, 21.X.1549
1208	» » (cum annexo)	» »	Bremae, 21.X.1549
1057	Łaski Stanislaus	» »	Augustae, 12.II.1548
1062	» »	» »	Augustae, 16.III.1548
1093	» »	» »	Łomazy, 12.V.1548
1095	» »	» »	Osiek, 19.V.1548
1104	» »	Ioanni Kreitzen	Lasko, 15.VI.1548
1105	» »	Alberto duci	Lasko, 16.VI.1548
1112	» »	» »	s.l., s.d./ante 28.VII.1548

Nr.			Dat.
1066	Latałski Ianussius	Alberto duci	Człuchów, 19.III.1548
1096	» »	» »	Człuchów, 20.V.1548
1098	» »	» »	Człuchów, 27.V.1548
1121	Ławski Stanislaus	» »	Baytkowo, 15.X.1548
1107	Lewicki Ioannes	» »	Domasław, 4.VII.1548
1122	» »	» »	Lewiczyno, 17.X.1548
1058	Maciejowski Samuel	» »	Przedbórz, 22.II.1548
1061	» »	» »	Cracoviae, 14.III.1548
1064	» »	» »	Cracoviae, 18.III.1548
1077	» »	ad clerum suae dioecesis (sequuntur 3 orationes)	
1079	» »	Alberto duci	Cracoviae, 10.IV.1548
1089	» »	» »	Cracoviae, 11.IV.1548
1102	» »	» »	Cracoviae, 29.IV.1548
1124	» »	» »	Cracoviae, 11.VI.1548
1129	» »	» »	Petricoviae, 20.X.1548
1138	» »	» »	Petricoviae, 29.XI.1548
1139	» »	ad synodos particulares s.l., s.d. 1549	
1144	» »	Alberto duci	Petricoviae, 9.I.1549
1156	» »	» »	Petricoviae, 3.II.1549
1166	» »	» »	Cracoviae, 3.III.1549
1172	» »	» »	Cracoviae, 6.V.1549
1172	» »	» »	Cracoviae, 28.V.1549
1176	» »	» »	Cracoviae, 14.VI.1549
1186	» »	» »	Cracoviae, 24.VII.1549
1203	» »	» »	Cracoviae, 2.X.1549
1206	» »	» »	Cracoviae, 15.X.1549
1081	Młyński Benedictus	» »	Juberszniki, 12.IV.1548
1059	Noskowski Andreas	» »	Poltoviae, 29.II.1548
1140	Ocieski Ioannes	» »	Varsaviae, 15.I.1549
1075	Policki Ioannes	» »	Lublina, 5.IV.1548
1110	» »	» »	Cracoviae, 20.VII.1548
1118	» »	» »	Strzyna, 14.IX.1548
1120	» »	» »	Strzyna, 5.X.1548
1170	» »	» »	Strzyna, 21.V.1549
1178	» »	» »	s.l., 21.VI.1549
1210	» »	» »	Lublina, 15.XI.1549
1132	Przyłuski Iacobus	» »	Petricoviae, 9.XII.1548
1053	Radziwiłł Nicolaus	» »	Petricoviae, 20.I.1548
1056	» »	» »	Ilzae, 8.II.1548
1063	» »	» »	Vilnae, 17.III.1548
1090	» »	» »	Vilnae, s.d., V.1548
1127	Sieniawski Procopius	» »	Turobin, 23.XI.1548
1153	» »	» »	Curoviae, 25.II.1549
1154	Sieprski Andreas	» »	Golczewo, 27.II.1549
1180	» »	» »	Ośnica 29.VI.1549
1099	Sobek Stanislaus	» »	Cracoviae, 2.VI.1548
1150	» »	» »	Bruxellis, 13.II.1549
1193	Srzeńska Barbara	» »	Srzeńsko, 12.VIII.1549

Nr.			Dat.
1168	Srzeński Felix (cum schedula)	Alberto duci	Marienburgi, 15.V.1549
1201	» » (cum schedula)	» »	Łomża, 29.IX.1549
1213	» » (cum schedula)	» »	Srzeńsko, 29.XI.1549
1209	Suszycki Stanislaus	» »	Ruzowsk, 28.X.1549
1054	Tarnowski Ioannes	» »	Petricoviae, 1.II.1548
1065	» »	» »	Sandomiriae, 18.III.1548
1067	» »	» »	Sandomiriae, 24.III.1548
1069	» » (cum schedula et annexo)	» »	Sandomiriae, 26.III.1548
1073	» »	» »	Cracoviae, 3.IV.1548
1080	» »	» »	Sandomiriae, 11.IV.1548
1084	» » (cum schedula)	» »	Sandomiriae, 16.IV.1548
1094	» »	» »	Osiek, 19.V.1548
1123	» »	» »	Opoczno, 17.X.1548
1135	» »	» »	Petricoviae, 30.XII.1548
1141	» »	» »	Petricoviae, 23.I.1549
1183	» »	» »	Cracoviae, 12.VII.1549
1072	Tarnowski Spytek	» »	Cracoviae, 3.IV.1548
1088	Tarnowski Spytek	» »	Cracoviae, 27.IV.1548
1108	Tęczyński Ioannes	» »	Lublina, 5.VII.1548
1113	Uchański Iacobus	Ioanni Kreitzen	Cracoviae, 1.VIII.1548
1200	» »	Alberto duci	Cracoviae, 26.IX.1549
1130	Wojśławski Ioannes	» »	Łomża, 29.XI.1548
1194	» »	» »	Łomża, 19.VIII.1549
1211	» »	» »	Łomża, 16.XI.1549
1212	» »	» »	Łomża, 26.XI.1549
1159	Zaremba Venceslaus	» »	Calissiae, 12.IV.1549
1101	Zborowski Petrus	» »	Cracoviae, 11.VI.1548
1189	Zerzyński Ioannes	» »	Zyrzyn, 7.VIII.1549

\*) Dalton, *Lasciana III*, sub Nr. 89, ed. *epistolam Ioannis Łaski ad ducem Albertum, s.d. m. Iulio 1549, quae in Archivo non in serie B2, sed A4 K.222, asservatur, inter documenta: « Allerlei Handlung so Graf Volradt von Mansfeld und Iohann Łaski mit F.D. zu Preussen anno 49 zum Neuhaus und Tils gehandelt ».*

## INDEX PERSONARUM ET LOCORUM

*Hoc in Indice nulla ratio habita est nominum propriorum in Introductione  
occurrentium. Numeri ad paginas, non ad numeros documentorum remittunt.*

### A

- ABRAHAM, patriarcha, 103.  
 ACHERON, 130.  
 ADAM, 155.  
 ADOLPHUS dux Holsatiae, 125-6.  
 AEGYPTUS (Aegyptus), 9.  
 ALBA (Alva), dux de, 20.  
 ALBERTUS dux in Prussia, *passim*.  
 ALBERTUS ALCIBIADES (Albertus iunior), marchio  
     Brandenb., 3, 4, 8, 68, 74, 83, 91, 109-10,  
     112-3, 117, 123, 126 160-2, 166-7, 176-7.  
 ALBERTUS archidux Austriae, 131.  
 ALBERTUS V dux Bavariae, 20, 22, 68.  
 ALEXANDER Jagellonicus, rex Poloniae, 76-7.  
 ALEXANDER Magnus, 103.  
 AMSTERODAMENSES (Amsterdamenses), 126.  
 ANDRISSOWO, bona, 66.  
 ANGELI SANCTI arx (Castellum), 130.  
 ANGLIA (Engellandt), Anglus, Anglicus, 9, 10,  
     64-5, 97, 120, 126, 163-5, 171, 180-1.  
 ANGLIAE REX v. Eduardus VI.  
 ANNA comitissa Frisiae Orientalis, 157, 164-5,  
     168, 172, 181-2.  
 ANNA de ducibus Masoviae Orowążowa, 31.  
 ANNA SOPHIA, f. Alberti in Prussia ducis, 173-4,  
     184-5.  
 ANTONIUS I comes ab Oldenburg 97-8.  
 ANTWERPIA (Antwerpia), 126.  
 APOLLINIS oraculum, 124.  
 ARGENTINA (Strassburgum), Argentinenses, 22,  
     61, 126.  
 ARMENI, 163.  
 ATREBATUM (Arras), Atrebatensis, 20, 121, 162;  
     v. *etiam* Granvelle Antonius.  
 AUGUSTA (Augsburg, Auschpurgk, Auspurgk),  
     Augustanus, 3, 4, 6, 9, 11-3, 17, 20-2, 40,  
     50, 54-5, 60-1, 64-5, 69, 84, 97, 108-11, 119,  
     123, 127, 139, 145-6, 158, 162, 167.  
 AUGUSTUS dux Missniae, 8, 158.  
 AURIA v. Doria.  
 AUSCHPURGK, AUSPURGK v. Augusta.  
 AUSTRIA (Österreich, Osterreich), Austriacus,  
     71, 77, 121, 131-3.
- ### B
- BACHANALIA, 111.  
 BAGIENSKI (Bagenski) Iacobus, vexillifer Vi-  
     snensis, 101-2, 172.  
 BALASSA (Balasi, Balaczi) Melchior, procer  
     Hungarus, 133-4, 136-8.
- BARBARA (Radziwiłł) regina Poloniae, 14-6, 39,  
     43, 45, 58, 59, 62, 64, 68, 70, 72, 74, 79,  
     102, 104-5, 111-2, 114, 119, 157.  
 BARBENSTEIN, dominus de, 125.  
 BARENSIS (in Podolia), 31.  
 BARNIM IX dux Pomeraniae, 7, 9, 23, 55, 96.  
 BÁTHORY (Batori) Andreas, 124.  
 BAUMGERTNERI, 65.  
 BAVARIA (Bayern), Bavarus (Bawarsky), 20,  
     22, 68-9, 117-8.  
 BAYTKOWO, bona, 66.  
 BELS, Belsensis (Belzensis, Belzecensis), 27,  
     86, 98, 128, 134.  
 BEURN v. Büren.  
 BIECENSIS (Byeczensis), 85.  
 BIELEJEWICZ Nicolaus, tabellarius ducis Al-  
     berti, 11.  
 BIELSKO (Byelsko), 46.  
 BIERENSIS comes v. Büren.  
 BNIŃSKI (Bnynski) Stanislaus, nob. ex Maiori  
     Polonia, 65.  
 BOGUSZ (Bohusz) Nicolaus, legatus Pol. ad  
     Turcas, 91-2.  
 BOHEMIA, Bohemus, Bohemicus, 18, 71, 77,  
     89, 111, 128, 131-3, 175.  
 BOJANOWSKI (Boianowski) Petrus, 65.  
 BOJANOWSKI (Boianowski, Boyanowski) Stani-  
     slaus, secr. regius, «agens» ducis Alberti,  
     6, 8, 9, 34, 40, 46-8, 50, 53-4, 60-5, 68-70, 72,  
     74, 80, 84-5, 89, 95-8, 100-1, 110, 112, 114,  
     116-8, 122, 124, 127, 129, 134, 136, 139, 141-2,  
     157, 159-61, 163, 166-7, 176-7.  
 BOLOGNA v. Bononia.  
 BOMELIUS Hermannus, 164-5.  
 BONA (Sfortia) regina Poloniae, 15-6, 47, 50,  
     54, 59, 60, 68, 73, 83, 89, 90, 94-5, 98, 110-11,  
     114-5, 117-8, 127, 163-5, 173, 180, 185.  
 BONER Ioannes, cast. Oświęcim., 86, 118, 128.  
 BONER Severinus, cast. Sandec., zupparius et  
     burgrabius Crac., 118, 123, 128-9, 138.  
 BONONIA (Bologna), 10, 54, 124.  
 BONONIA (Boulogne), 163, 180-1.  
 BOSCHIMATIAS, 134.  
 BOULOGNE v. Bononia.  
 BOJANOWSKI v. Bojanowski Stanislaus.  
 BRABANTIA (Brabantia), 105, 126.  
 BRANDENBURGUM (Brandenburgk), Brandenbur-  
     gensis (Brandenburgensis), 10, 22-4, 46-7, 61,  
     98, 112-4, 116, 123, 126, 128, 160-1.  
 BRANSVICENSIS v. Brunsvicensis.  
 BRANDT (Branth, Brant) Assuerus, orator du-  
     cis Alberti, 54, 56, 80, 83, 96, 100, 110-19,  
     123, 128, 135-6, 141, 144, 157, 160.  
 BREMA, Bremensis, 125-6, 180-2.



BRESTA in Lith. (Brzeszczye, Brzeszczie, Brzeszczye), Brestensis (Brzestensis), 46, 49, 76, 157-8.  
 BRZINENSIS, 57.  
 BRISSELLA v. Bruxellae.  
 BROZOWIEC (Brozowiecz) Iacobus, praef. satel-  
 litum regis Pol., 111-2.  
 BRUCK (Pruk), opp. in Styria, 7.  
 BRUDZEWSKI Jarand Nicolaus, pal. Lancic., 86.  
 BRUNSVICENSIS (Brunswicensis, Brunswiczensis,  
 Bransvicensis), 8, 22, 117, 124-6, 128.  
 BRUXELLAE (Brusellae, Brisella), Bruxellensis,  
 69, 105-6, 111, 119, 125-6, 130.  
 BRZESTENSIS (in Cuiavia), 59, 86.  
 BRZESZCZIE, Brzeszczye, Brzeszczye v. Bresta in  
 Lith.  
 BUDA (Nova Buda), 8, 134.  
 BUKOWINA (Bukowyna), 50.  
 BÜREN (Buren, Burra, Beurn, Bierensis comes)  
 Maximilianus, 67, 97-8, 121, 125-6.  
 BYECZENSIS v. Biecensis.  
 BYELSKO v. Bielsko.

## C

CACZKOWSKI v. Kaczkowski.  
 CAESAREA MAIESTAS v. Carolus V.  
 CAESARIENSIS v. Eusebius.  
 CALINOWA v. Zaremba.  
 CALISSIA, Calissiensis (Callisiensis), 59, 65,  
 85-6, 114-5, 145.  
 CAMYENECZ v. Kamieniec.  
 CANIOW v. Kaniów.  
 CANTUARIENSIS v. Cranmer.  
 CAROLUS V imp. (Caesarea Maiestas, Kaiser,  
 Keyser etc.), 6-10, 13, 20-3, 40-1, 54-6, 60-2,  
 65-8, 74, 81, 83-5, 90-2, 94-6, 98-100, 105,  
 108-9, 111, 113, 117, 119-26, 128-33, 138-9,  
 144-6, 157-8, 160, 162-3, 165, 167, 169, 171,  
 180-2.  
 CAROLUS Victor, f. Henrici ducis Brunsvic.,  
 117.  
 CARTUSIANUS, 115.  
 CASIMIRUS (Kazimirus) Iagellonicus, rex Polo-  
 niae, 75-6, 131-2.  
 CASIMIRUS (Iagellonicus), sanctus, 76-7.  
 CASTELLUM v. Angeli Sancti arx.  
 CATHARINA Medicea, uxor Henrici II regis Gal-  
 liae, 138.  
 CATONES (Cattones) Censorii, 112.  
 CAUNA (Cowno, Kowno), Caunensis (Cownen-  
 sis), 106-7.  
 CHELM (Keim), Chelmensis, 43, 86, 91, 134.  
 CHELMENSIS v. *etiam* Culmensis.  
 CHELMŻA (Culmensehe), 119.  
 CHODKIEWICZ (Chołkiewicz) Gregorius, cap.  
 Caunensis, 106-7.  
 CHODKIEWICZ Hieronymus, cast. Trocensis, 43,  
 131, 184.  
 CHRISTIANA RESPUBLICA, CHRISTIANITAS, 6, 28,  
 131, 184.  
 CHRISTIANUS III rex Daniae, 7, 9-11, 22-3, 41,  
 163, 165, 180-1.  
 CHRISTINA dux Lotharingiae, Caroli V ex so-  
 rore neptis, 126.  
 CHRISTOPHORUS dux Brunsvic., ep. Bremensis,  
 126.

CHULMENSIS v. Culmensis.  
 CICERO, 71.  
 CIKOWSKI (Czikowsky, Czykowsky) Stanislaus,  
 de Wojślawice (Voyslawycze), militum praef.,  
 18-9, 25, 28-9, 38, 188-9.  
 CIOBANUL v. Mircea.  
 CLEMENS VII p.m., 138.  
 COLNENSIS, 186.  
 COLONIA, 67.  
 COLOSSENSIS (Coll.), 155-6.  
 CONARSKY v. Konarski.  
 CONOPATH v. Konopacki.  
 CONSTANTIA (Constancia), 61, 65, 71.  
 CONSTANTINOWYCZ v. Ostrogski Constantinus.  
 CORINTHII (Cor.), 155.  
 CORVINUS v. Matthias.  
 COSMIUS Benedictus, 32, 35.  
 COWNO, COWNENSIS v. Cauna.  
 CRACOVIA (Crokaw, Kraków, Krakaw, Krokaw  
 etc.), Cracoviensis, 5, 11-5, 17, 23, 30, 32, 34,  
 38-9, 41-2, 44-7, 49-51, 53-4, 56, 59-63, 65-9,  
 71-3, 76-87, 90-8, 102, 104, 106, 108-12, 114,  
 116-9, 122-5, 127-9, 134-8, 141-4, 146-8, 154,  
 157-63, 166-7, 173, 175-7, 179, 185, 188-9.  
 CRANMER Thomas, archiep. Cantuariensis, 163-5,  
 180-1.  
 CROKAW v. Cracovia.  
 CROMERUS (Kromer) Martinus, can. Varmien-  
 sis, 67, 77-8, 84, 113.  
 CROTOSKI v. Krotoski.  
 CROZE v. Kieżgajło.  
 CUIAVIA, 86.  
 CULMENSEHE v. Chełmża.  
 CULMENSIS (Chulmensis, Chelmensis), 90-101,  
 109, 130, 160.  
 CUROVIA (Kurów), 108.  
 CYBO Iulius, marchio Massae, 10, 11.  
 CZARNKOWSKI Andreas, scholasticus Crac., 127,  
 129, 141-3, 158, 188-9.  
 CZEMA Achatius, pal. Marienb., 11-2, 23, 38,  
 41-2, 46-7, 52, 85, 87, 158-9.  
 CZERKASY (Czirkassi), 137.  
 CZERVENSIS, 58, 66.  
 CZIRKASSI v. Czerkasy.  
 CZIKOWSKY v. Cikowski.  
 CZŁUCHOW, 16, 51-2.  
 CZYKOWSKY v. Cikowski.

## D

DANCZKER v. Gedanum.  
 DANIA (Datia, Denmark, Dennenmarck), Da-  
 nus, 7, 9, 10, 22-3, 41, 111, 120, 125, 163,  
 165, 180.  
 DANIAE REX v. Christianus III.  
 DANTISCUM v. Gedanum.  
 DASZKIEWICZ (Daszkowicz) Eustachius (Ostaf-  
 fiei), cap. arcium Kaniów et Czerkasy, 137.  
 DATIA v. Dania.  
 DELMENHORST, 182.  
 DENMARK, DENNENMARCK v. Dania.  
 DEUSCH, DEUTSCH v. Germania.  
 DIONYSIA (Bachanalia), 111.  
 DOBRZYKOWO, 127.  
 DOBRZYKOWSKI Ioannes, succamer. Ploc., 127.  
 DOMASLAW, pagus, 58.  
 DORIA (de Auria) Andreas, 130.

DOWOJNA (Dowoyna) Stanislaus, iunior, pal. Poloc., 63.  
 DROHOJOWSKI Ioannes, ep. Chelmensis, 86, 91-2.  
 DUBIECKO (Dubieczko) v. Stadnicki.  
 DZIADUSKI Ioannes, ep. Premisl., 86.  
 DZIALOWIENSIS v. Soldaviensis.  
 DZIERZGOŃ (Sorgau, Zorg), lacus in Prussia Ducali, 78, 80.  
 DZIERZGOWSKI Ioannes, pal. Masoviae, 86.  
 DZIERZGOWSKI Nicolaus, archiep. Gnesn., 63, 66, 71, 76-7, 86, 91-2, 108, 139-40, 145-6, 149, 152, 167-8.

## E

EDUARDUS VI rex Angliae, 9-11, 64-5, 126, 163, 165, 171-2, 180-1.  
 ELBINGA (Elbingum), 91.  
 LEONORA (Leonora) regina Galliae, soror Caroli V, 98, 103, 105, 125-6.  
 ELIAS II pal. Moldaviae, 91-2, 137-8.  
 ELISABETH Austriaca, regina Poloniae, uxor Casimiri Iagellonici, 75, 77.  
 EMMANUEL Filibertus dux Sabaudiae, princeps Pedemontis, 105-6, 124.  
 EMDA (Emden), 157, 168, 172, 183.  
 ENDERLE v. Hess.  
 ENGELANDT v. Anglia.  
 EPINUS, doctor, 165.  
 ERASSO (Erasmus), secr. Hispanus Caroli V, 121-2.  
 ERFORDIA, 111.  
 ERNESTUS dux Bavariae, archiep. Salisburg., 69, 117-8, 128-9.  
 ERNESTUS dux Brunsvic., 22.  
 EUROPA, 7, 50, 60.  
 EUSEBIUS Caesariensis, 120.  
 EYFFLANDTH v. Livonia.

## F

FARNESIANI (Fernesiani), 129.  
 FARNESIUS Octavius, 139.  
 FARNESIUS Petrus Aloisius, 129, 138-9.  
 FELKNER Georgius, civis Gedan., 63.  
 FELKNER Henricus, civis Gedan., 63.  
 FERDINANDUS I rex Romanorum, 4, 22, 55-6, 61, 70-1, 83-4, 90, 92, 99, 100, 108-11, 113-4, 116-7, 124-6, 128, 130-3, 136, 138-9, 145, 157-8, 160, 162, 165, 167, 189.  
 FERDINANDUS, f. Ferdinandi I, 165.  
 FERNESIANI v. Farnesiani.  
 FERRARIA, 3.  
 FIESCO Ioannes Ludovicus, comes a, 10.  
 FINK Rupertus, medicus ducis Alberti, 16, 51-2.  
 FIRLEY (Fyerley) Petrus, pal. Russiae, 86.  
 FLORIANI s. ecclesia (Cracoviae), 141.  
 FOGELSPERGER, militum Gallicorum praefectus, 10.  
 FRANCIA v. Gallia.  
 FRANCISCUS, f. Henrici II regis Galliae, 124.  
 FRANCKREICH, FRANKREICH v. Gallia.  
 FRANCZYA v. Gallia.  
 FRICZ v. Modrzewski.  
 FRIDERICUS III imp., 131-2.

FRIDERICUS Iagellonicus, card., 76-7.  
 FRIDERICUS II dux Legnicensis, 55, 92.  
 FRIDERICUS II comes pal. Rheni, elector, 10, 20, 125, 167, 177.  
 FRIGES, 97.  
 FRISIA Orientalis, Frisii, 67, 157, 164-5, 168, 171-2, 181-2.  
 FRYCZ v. Modrzewski.  
 FUGGERI, 65.  
 FYERLEY v. Firlej.

## G

GALLIA (Francia, Franczya, Frankreich, Frankreich), Gallus, Gallicus, 3, 6, 7, 9, 10, 20, 61, 63-5, 69, 97-8, 105, 111, 114, 120, 122, 124-6, 137-8, 140, 161, 163, 165, 180-1.  
 GALLIAE REX v. Henricus II.  
 GANDENSIS arx, 69.  
 GEDANUM (Dantiscum), Gedanensis (Danczker), 7, 22, 38, 41, 63, 91, 110, 115, 117-8, 156, 163-5, 168.  
 GELDRIA, 126.  
 GENGER v. Glenger.  
 GENUA, 9, 10.  
 GEORGIUS (Jorge), famulus Annae Sophiae, f. ducis Alberti, 184.  
 GEORGIUS FRIDERICUS marchio Brandenb., 114, 166-7.  
 GERMANIA (Teutschlandt), Germanus, Germanicus (Deutsch, Deutsch, Nyemczli), 3, 4, 7, 9, 10, 17-21, 40, 42, 56, 61, 64, 66-8, 70, 97, 100, 109-10, 115, 121-2, 124-7, 132-3, 140, 145, 158, 163-4, 166-7.  
 GERMANICA versio, 40, 64, 66.  
 GERMANICE scriptum, 135, 148, 161.  
 GIENGER (Genger) Georgius, vicecanc. Ferdinandi I, 133.  
 GIESE Tidemannus, ep. Culm., *postea* Varm., 99, 100.  
 GLOGOOVIA, Glogoviensis, 111, 131-2.  
 GNESNA (Gnezna, Zrena), Gnesnensis, 48-9, 63, 66, 71, 76, 108, 139-40, 145, 149-50, 152, 188.  
 GNOJEŃSKI Christophorus, 25, 27.  
 GOLCZEWO, bona, 108, 149.  
 GOLETHA (La Goulette), portus in Tunisia, 157.  
 GOLIŃSKI (vel Gołyński) Ioannes, 65.  
 GOMOLIŃSKI Stanislaus, cast. Rosperiensis, 86.  
 GORAJ, 25, 28, 38.  
 GÓRKA Andreas, a, cast. Posnan., 11-2, 17, 22, 25, 27-8, 31, 43-4, 52, 54, 56-8, 63-4, 71-2, 74, 80, 83, 85, 89, 92, 101, 116-7, 128-9, 138-40, 145-6, 149, 152, 154, 166-8, 172, 175, 177, 179, 188.  
 GÓRSKI Matthias, cap. Wschovensis, 65.  
 GOSLAR, GOSLER, GOSLIER, GOSLYER v. Schlitte.  
 GOULETTE v. Goletha.  
 GRABIA Nicolaus, cast. Chelmensis, R.P. vicecanc., 43, 86.  
 GRAECAE litterae, 157.  
 GRAECUS, 110.  
 GRANVELLE Antonius Perrenot, de, ep. Atrebatensis (Arras), 20, 22 121-2, 162-3.  
 GRANVELLE Nicolaus Perrenot, de, canc. Caroli V, 162-3.  
 GRAUDNICENSIS, 161.  
 GREBEN, 184.

GRUN Petrus, civis Gedan., 63.  
GUIDOBALDUS de Montefeltre, dux Urbini, 3, 4.  
GUISE v. Maria de Guise.  
GULIELMUS dux Iuliacensis, 10-1, 22.  
GUSTAVUS rex Suetiae, 125-6.

## H

HALICIENSIS, 86.  
HALPRUN Volf, von (vel: Helprym Thomas, ab), militum Gallicorum praef., 10, 11.  
HAMBURGA (Hampurgum), 126, 165.  
HASSIA (Hessia, Hessen), 21, 61, 119-20, 122-3.  
HEDEK, servitor ducis Alberti, 49.  
HEDVIGIS Jagellonica, uxor Ioachimi II electoris Brandenb., 16-7, 24.  
HELPRYM Thomas v. Halprun.  
HELVETII (Helvecii, Schweizer, Schweytzer), 3, 7, 61, 120, 124.  
HENRICUS dux Brunsvic., 8, 117, 125, 128-9.  
HENRICUS II rex Galliae, 3, 6, 7, 9-11, 61, 64-5, 69, 98, 114, 124, 126, 137-8, 140, 161.  
HERCULES dux Ferrariae, 3, 4.  
HESS (Hessius) Andreas (Enderle), architectus ducis Alberti, 146, 172.  
HESSIA, HESSEN v. Hassia.  
HIEROSOLYMA (Hierosolima), 170.  
HISPANIA, Hispani (Hyspany, Spanier), 20, 22, 61, 65, 122-3, 125-6, 130, 133-4, 138, 157, 162.  
HOFMANN (Howman) Ioannes, 167.  
HOLANDIA (Niederlandt), Holandicus, 121, 126.  
HOLSATIA, Holstinensis, 125-6.  
HORNOSTAJ Ioannes, thesaurar. M.D.L., 63.  
HOSIUS (Osius) Stanislaus, ep. Culm., 41, 96, 99, 100, 109-10, 117, 119, 122-4, 128-30, 145, 158, 160.  
HOWMAN v. Hofmann.  
HUNGARIA (Ungaria, Ungern, Wągry), Hungaricus, 16, 18, 20, 55, 61, 68-71, 77, 81, 122, 124-5, 131, 133, 136.  
HYBRAHYM v. Ibrahim.  
HIEROSOLIMA v. Hierosolyma.  
HYSpany v. Hispania.

## I

IACOBI s. dies, 55.  
IAROSLAVIA, 31.  
IBRAHIM (Hybrahy) bassa, 158.  
ILZA (Ilza), 9.  
INOVLADISLAVIENSIS (Iuniwladislaviensis), 59.  
IOACHIMUS II marchio Brandenb., elector, 10, 11, 16-7, 22, 24, 98, 113-4, 116, 128-9.  
IOANNES Baptista, 154.  
IOANNES Evangelista, 154.  
IOANNES Albertus rex Poloniae, 50, 76-7.  
IOANNES IV Basilides, m. dux Moscoviae, 21-2, 40, 50, 81, 85, 100-1.  
IOANNES marchio Brandenb., 22-3, 61, 85, 97-8, 116.  
IOANNES Chrisostomus (Crisostimus), s., 120.  
IOANNES FRIDERICUS dux Saxoniae, 10, 21-2, 61, 69, 125-6.  
IOANNES (Zápolya) rex Hungariae, 124, 131, 133.

IOANNES SIGISMUNDUS, f. Ioannis regis Hung., 124, 131.  
IOANNIS s. Domus (Posnaniae), 111.  
IOSIAS, 31.  
IOVIS dies, 84.  
ISABELLA Jagellonica, regina Hungariae, 16-7, 55, 69, 81, 125.  
ISRAEL, 37.  
ITALIA (Welschlandt, Wlochy), Italus, Italicus, 3, 9, 20-1, 68, 125, 128-9, 138, 157, 159, 163, 167, 177.  
IUDAET (Iudei), 24, 98, 170.  
IUDAS, 158.  
IULIACENSIS, 10, 22.  
IULIUS, f. Henrici ducis Brunsvic., 117.  
IUNIWLADISLAVIENSIS v. Inovladislaviensis.

## J

JABŁOŃSKI Ioannes, rei militaris peritus, 38, 51, 148, 161.  
JABLONNA, pagus, 148.  
JADWIGA, puella, 147.  
JARAND (JARANTH) v. Brudzewski.  
JARLUCKI Martinus, 106.  
JORGE v. Georgius.  
JUBERSZNIKI, pagus, 40.

## K

KACZKOWSKI (Caczkowski) Casparus, 8, 54, 58.  
KAISER v. Carolus V.  
KALINOWA v. Zaremba.  
KAMIENIEC (Kamieńczyk, Camyenyecz), opp. in Masovia, 48.  
KANIÓW (Caniow), 137.  
KANITZ, legatus Ioachimi electoris Brandenb., 113, 116.  
KAZIMIRUS v. Casimirus.  
KELM v. Chelm.  
KEYSER v. Carolus V.  
KIEDRITZ, dominus, 176.  
KIEŻGAJŁO (Kiesgal) Stanislaus, comes in Kroże (Croze), 63, 106-7.  
KISZKA Anna, nata Radziwiłł, 111-2.  
KISZKA (Kischka) Petrus, 50, 63, 111.  
KISZKA Stanislaus, pal. Vitebscensis, 50.  
KMITA Petrus, pal. Crac., R.P. m. marscalcus, 46-7, 49, 50, 59, 60, 78, 84-6, 90, 92, 106.  
KNOBELSDORFF (Knoblochsdorff) Fridericus, locumtenens Georgii Friderici marchionis Brandenb., 114, 116, 123, 158-9, 162, 167.  
KÖNIG Felix (dictus Polypphemus), bibliothecarius ducis Alberti, 157, 164.  
KÖNIGSBERG. KONIGSBERCK v. Regius Mons.  
KONARSKI (Conarsky) Christophorus, 3, 4, 22-3, 119, 124-5, 135, 161.  
KONOPACKI (von Conopath) Georgius, cast. Gedan., 22.  
KORCZYN v. Nova Civitas.  
KOŚCIELEC v. Szeżeńska.  
KOSTKA Stanislaus, 22-3.  
KOWNO v. Cauna.  
KOZACZÓW, pagus, 161.

KOZAKI, 91, 137.  
 KRAKOW v. Cracovia.  
 KRASNYSTAW (Krasenstaff), 134.  
 KREITZEN Ioannes, canc. ducis Alberti, 57, 62, 141, 146.  
 KRETKOWSKI Erasmus, cast. Brestensis (in Lith.), 86.  
 KROKAW v. Cracovia.  
 KROMER v. Cromerer.  
 KROTOSKI (Crotoski) Ioannes, cast. Rogozn., 65.  
 KROZE v. Kieżgajło.  
 KRUMSEE, legatus Ioachimi electoris Brandenb., 113, 116.  
 KRZYCKI (Krzyczki) Nicolaus, succamer. Posnan., 65.  
 KURÓW v. Curovia.  
 KYEZGAL v. Kieżgajło.

## L

LABISZYN v. Latałski.  
 LANG (Langus) Ioannes, orator Ferdinandi I, 111-4, 116-7, 158-9.  
 LANCICIENSIS (Lanczyciensis), 59, 76, 86.  
 LANDENSIS, 86.  
 ŁASKI (a Lasco) Ioannes, reformator, 154, 157, 159, 161, 163-5, 168, 172, 180-3.  
 ŁASKI Stanislaus, pal. Sirad., 3, 4, 6-9, 11, 13, 20-3, 27, 38-42, 46, 51, 54, 57, 62, 85-6, 96, 98, 109, 116, 157-8, 177.  
 ŁASKO (Lasko, Lasco, Łask), 57.  
 ŁATAŁSKI Georgius, cast. Landensis, 86.  
 ŁATAŁSKI Ianussius, de Labiszyn, pal. Posn., 16, 49-52, 86, 89, 92, 166-7.  
 LATINUS, 43, 61, 81, 140, 146, 164.  
 LAURENTII s. dies, 54, 56-7.  
 ŁAWSKI Stanislaus, cast. Visnensis, 63, 66.  
 LEGNICA (Legnicza), Legnicensis (Legniczensis), 8, 55, 92.  
 LEHENDORFF Casparus, a, cubicular. ducis Alberti, 17, 58, 63, 101, 149, 172.  
 LELÓW (Lyelyoff), Lelowski (Lielowski), 147.  
 LEONORA v. Eleonora.  
 LEOPOLIENSIS, 72, 108.  
 LEŚNIEWSKI (Lesniowski, Liesniowski, Lyessnyowsky, Lyeznyowsky, Lieszniewski) Ioannes, servitor cardinalis Ottonis Truchsess, 68, 108-9, 119, 123-5, 127-8, 139, 144-6, 158.  
 LEŚNIEWSKI (Lieszniewski) Stanislaus, cubicular. regius, 123-4.  
 LESZCZYŃSKI, nobilis, servitor episcopi Plocensis, 11.  
 LESZCZYŃSKI (Lesczinski) Ioannes, pal. Brzestensis-Cuiaviensis, 86.  
 LESZCZYŃSKI (Lesczinski) Raphael, cast. Przemętensis, 65.  
 LEWICKI Andreas, 58, 66.  
 LEWICKI (Levicius) Ioannes, abbas Czervensis, 58, 66.  
 LEWICZYNO, 66.  
 LIERRE (Lier) Ioannes, de, consil. imp., 121.  
 LIESNIOWSKI, LIESZNIIEWSKI v. Leśniewski.  
 LIPSKA (Lypsk), 21.  
 LITHUANIA (Littwania, Lythwania, Lytwania), Lithuanus (Littesch), 3-5, 7-9, 13, 15-16, 26, 28, 31, 46, 49, 50, 55, 62-3, 68-9, 85, 90, 98, 100, 105, 110, 119, 138, 162.

LIVONIA (Eyfflandth), 3, 92, 100.  
 ŁOMAZY, 48, 50-1.  
 ŁOMŻA (Lomza), Lomzensis, 78, 165, 173-4, 185-7.  
 LONDINUM, 163.  
 LOTHARINGIA (Lothoringia), 126.  
 LOWICZ, 108.  
 LOYTZ Simon, mercator et argent. Gedan., 180.  
 LUBLINUM, Lublinensis, 31, 58, 80, 116, 128, 134, 184-5.  
 LUCAS s. Evangelista, 156.  
 LUGDUNUM, 98.  
 LUTERANISMUS, 167.  
 LYELYOW v. Lelów.  
 LYESSNYOWSKY, LYEZNYOWSKY v. Leśniewski Ioannes.  
 LYPSK v. Lipsia.  
 LYTHWANIA, LYTWANIA v. Lithuania.

## M

MACHWITZ Ioannes Albertus, a, 134-5.  
 MACIEJOWSKI Samuel, ep. Crac., R.P. canc., 11-2, 14, 32, 34, 38-41, 45, 47, 49, 50, 56, 59, 60, 65, 67-9, 72-4, 77-8, 81, 85-6, 92, 94, 98, 101, 108-10, 112, 114, 118, 123-4, 127-9, 136, 141, 143-4, 157-61, 166-7, 175-6, 179.  
 MACIEJOWSKI Stanislaus, magister curiae reginae Barbarae, 14, 49, 50.  
 MADRUZZO Christophorus, card. Tridentinus, 10, 11, 55, 160.  
 MAGDEBURGUM (Maydemburgum), Magdeburgensis (Maydemburgensis), 97.  
 MAHURICY v. Mauritius.  
 MALAVICENSIS, 40.  
 MANSFELD, domini a, 180.  
 MARGARITA (Margaretha, Margaris) Austriaca, filia Caroli V, uxor Octavii Farnesii, 138-9.  
 MARIA Austriaca, soror Caroli V, regina Hung., 20, 125-6.  
 MARIA Austriaca, filia Caroli V, uxor Maximiliani II, 126.  
 MARIA de Guise, regina Scotiae, 65.  
 MARIA Stuart infans, regina Scotiae, 65.  
 MARIA Tudor, 165.  
 MARIAE B.V. Assumptionis dies, 49.  
 MARIAE B.V. Conceptionis dies, 93.  
 MARIAE MAGDALENAE s. dies, 60.  
 MARIENBURGUM (Margenburg), Marienburgensis (Marienburgisch), 12, 23, 30, 38, 41-2, 46, 52, 85, 87, 91, 116-8, 127, 158, 187.  
 MARTINENGO Hieronymus, legatus Pauli III in Polonia, 65, 67-8.  
 MARSZEWSKI (Marschewski) Adalbertus, 65.  
 MARTINI s. dies, 185.  
 MARTINUZZI v. Utišeniović.  
 MARTIS dies, 98, 141.  
 MASOVIA (Mazovia), 31, 50, 59, 61, 68, 86, 186.  
 MASSA, 10.  
 MATTHAEUS s. Evangelista, 156.  
 MATTHIAS Corvinus, rex Hungariae, 132.  
 MAURITANIA, 22.  
 MAURITIANI (Mauriciani), 97.  
 MAURITIUS (Mahuricy) dux Saxoniae, elector, 10, 20-2, 97, 119.

MAXIMILIANUS archidux Austriae, rex Boemiae, 61, 126, 128, 133.  
 MAYDEMBURGUM, MAYDEMBURGENSIS v. Magdeburgum.  
 MAZOVIA v. Masovia.  
 MECHLINIA, 125.  
 MEDIOLANUM, Mediolanensis, 61, 69, 129.  
 MERCURIUS, 60, 85, 166.  
 MICHAEL, cap. in Stradaun, 40.  
 MICHAEL IUDAS (?), 116.  
 MICHOROWSKI (Schmucz de Michorowa) Theophilus, familiaris Petri Kmita, 78, 80.  
 MIECHÓW (Myechow), 60, 112.  
 MIELECKI (Myleczki) Ioannes, pal. Podoliae, 66, 86.  
 MIELNIK (Myelnyk), castrum in Lith., 49.  
 MIRCEA Ciobanul, pal. Valachiae, 137-8.  
 MISKOWSKI v. Myszkowski.  
 MISSNIA, 8, 158.  
 MLYŃSKI Benedictus, cap. Malavicensis, 40.  
 MODRZEWSKI Frycz (Fricz) Andreas, praepos. Brezinenensis, 54, 57, 100-1, 110, 112, 129.  
 MOLDAVIA, 91, 137-8.  
 MONACHUS v. Utišenović.  
 MONS REGIUS v. Regius Mons.  
 MONTEFELTRE v. Guidobaldus.  
 MONTIUS (Moncius) Ludovicus, Italus, 167, 177.  
 MONTLUC (Monluc, Montlocus) Ioannes, orator regis Galliae, 7, 10.  
 MORAVIA (Morav), 134.  
 MOSCOVIA (Moschovia, Moszkovia), Moschi (Moschi, Moscovitae, Moszkowitae, Moszkoviti-  
 cus), 17, 20-1, 40, 50, 81, 100, 137-8, 157-8,  
 166-7.  
 MOSZYŃSKA (Mossynska) Anna, 147.  
 MULAI HASSAN, f. regis Thuneti, 22.  
 MURZYNOWSKI, MURZ v. Suszycki.  
 MYECHOW v. Miechów.  
 MYLECZKI v. Mielecki.  
 MYELNYK v. Mielnik.  
 MYSZKOWSKI (Miskowski) Petrus, can. Crac.,  
 102.

## N

NAKLO, Naklensis, 114, 146.  
 NAUHAUS v. Neuhausen.  
 NEAPOLIS, 130.  
 NEIDENBURG (Neideburg), 176.  
 NERLINGA (Nerling), 21-2.  
 NEUHAUSEN (Nauhaus), 48.  
 NIEDERLANDT v. Holandia.  
 NIEPOŁOMICE (Niepolomicze, Nyepolomycze),  
 Niepolomicensis, 85, 96, 141, 159-60, 188-9.  
 NIEŚWIEŻ (Nyeswisz), 5.  
 NORIMBERGA (Noremberga), Norembergensis, 61,  
 97, 111, 116.  
 NOSKOWSKI Andreas, ep. Plocensis, 11, 86.  
 NOVA BUDA v. Buda.  
 NOVA CIVITAS KORCZYN, 59.  
 NOWE MIASTO, 96.  
 NUMA POMPILIUS, 111.  
 NYEMCZI v. Germania.  
 NYEPOLOMYCZE v. Niepołomice.  
 NYESWISZ v. Nieśwież.

## O

OCIESKI (Oczyeski) Ioannes, cast. Biecensis,  
 magister curiae reginae Bonae, 73, 85, 95.  
 OCZAKOW, arx, 91.  
 ODACHOWSKI Nicolaus, scholaris Crac., 143.  
 ODNOWSKI Nicolaus, cast. Premisl., 86.  
 ODROWĄŻOWA v. Anna de ducibus Masoviae.  
 OELSNIITZ (Olcznicz) Christophorus, ab, cap. in  
 Piss (Pisz), 101-2.  
 OLDENBURG (Oldemborch). 97, 182.  
 OLEŚNICKI Sbigneus, ep. Crac., 76-7.  
 OLEŚNIKI, pagus, 43.  
 OLCZNICZ v. Oelsnitz.  
 OLYKA (Olyka) v. Radziwiłł Nicolaus.  
 OPATÓW, 59.  
 OPOCZNO, 63, 66-7.  
 OPOLIENSIS, 113, 123.  
 OSIEK, 51.  
 OSIUS v. Hosius.  
 OŚNICA, 149.  
 OSTAFFIEI v. Daszkiewicz.  
 ÖSTERREICH, ÖSTERREICH v. Austria.  
 OSTROGSKI Constantinus Basilius (Constantino-  
 wycz), dux, 63.  
 OSTRORÓG (von Scharffenorth) Stanislaus, cap.  
 Młodzyczec., 56, 118.  
 OŚWIĘCIM (Oswyaczim), Oświęcimensis (Osz-  
 wyaczimensis), 68-9, 86.  
 OVIDIUS, 60, 64.

## P

PADNIEWSKI Philippus, can. Crac., 34.  
 PAGET Gulielmus, minister Regni Angliae, 165.  
 PARCZOVIA, 80.  
 PARNICZEWSKI Sigismundus, cast. Lancic., 86.  
 PAULUS Apostolus, 72, 93, 154-6, 170.  
 PAULUS III p.m., 3, 4, 7, 9-11, 21-2, 61, 65,  
 69, 73-4, 83, 85, 91-2, 113-4, 129-30, 133, 138,  
 188-9.  
 PAULUS, Germanus, 21.  
 PEDEMONS (Piemonte, Piusmons, Peamonte), 3,  
 61, 105.  
 PEICHLINGEN (Psychlingen), comes de, 97.  
 PERSAE, 53, 62, 91, 137, 158, 161, 163.  
 PETRICOVIA (Piotrcovia, Piotrkovia, Pyotrkovia,  
 Peterkaw etc.), Petricoviensis (Piotrcoviens-  
 is, Piothrcoviensis etc.), 3-6, 8, 14, 19, 49,  
 50, 54, 56-7, 59, 64-5, 67-8, 70-2, 77-80, 85,  
 87, 94-101, 111, 115-6, 146-7, 166.  
 PSYCHLINGEN v. Peichlingen.  
 PHILLIPPI et Iacobi ss. dies, 125.  
 PHILIPPUS, princeps Hispaniarum, 61, 105-6,  
 109, 111, 123-6, 130.  
 PHILIPPUS landgr. Hassiae, 10, 11, 21-2, 61, 69,  
 119-20, 122-6.  
 PHILIPPUS I dux Pomeraniae, 7, 9, 23, 55, 96.  
 PHILIPPUS Magnus, f. Henrici ducis Brunsvic.,  
 117.  
 PIEŃ Anna, 147.  
 PIEŃ Procopius, 147.  
 PIOTRCOVIA, PIOTRKOVIA v. Petricovia.  
 PIOTROWSKI Ioannes, nob. Pol., 11.  
 PISDRI v. Pyzdry.

PISCH (Pisz, Piss), Pissiensis (Pyznensis), 101-2, 173-4.  
 PIUSMONS v. Pedemons.  
 PLACENTIA (Placencia), Placentinus, 10, 65, 129-30.  
 PLOCK, Plocensis, 11, 59, 78, 86, 127-8, 165, 173-4, 185-7.  
 PODOLIA, 18, 66, 86, 118.  
 POHIBEL Bernardus, secr. Gabrielis Tarlo, 49, 141.  
 POLANIEC (Polancze), 111.  
 POLICKI (Polyczky) Ioannes, 31, 43, 59, 60, 64, 66, 72, 134, 148, 184-5.  
 POLONIA, Poloni, *passim*.  
 POLYTOVIA (Pułtusk), 11.  
 POLYPHEMI regina, 154, 157; v. *etiam* König.  
 POLYPHEMUS v. König.  
 POMERANIA (Pomeren), 7, 10, 22-3, 55, 95-6.  
 PONS REMOLI (Pontremoli), 10, 11.  
 POSNANIA (Poznanía, Posen), Posnaniensis, 8, 11-2, 16-7, 22, 25, 27, 31, 40, 43-4, 47, 49, 51-2, 56-9, 63-5, 71-2, 77, 80, 85-6, 89, 92, 98, 101, 111, 114, 116-8, 128, 134, 138-40, 145-6, 149, 152, 166, 172, 175-7, 179, 188.  
 PRAGA (Proge), 91, 110-11, 119, 123-4, 128, 130, 133, 145, 158, 160, 162.  
 PREMISLIENSIS (Przemisliensis), 86.  
 PRESBURGUM (Prespurgum), 61, 70.  
 PRETWICZ (Prethwycz, Prettevecz) Bernardus, cap. Barenis, 31, 135, 173, 184.  
 PRILUSIUS v. Przyłuski.  
 PROGE v. Praga.  
 PROMNITZ Balthasar, ep. Vratisl., 55.  
 PROSZEWICE (Proszewicze), Proszewicensis, 59.  
 PRUK v. Bruck.  
 PRUSSIA (Borussia), Pruthenus, *passim*.  
 PRZEDBÓRZ, 11-2.  
 PRZEMETENSIS (Przemętenis), 65.  
 PRZEMISLIENSIS v. Premisliensis.  
 PRZEREMBSKI Stanislaus, cast. Sirad., 86.  
 PRZYLUCKI (Prilusius) Iacobus, notarius palatini Crac., 79.  
 PUKARZOWSKI Ioannes, nob. Pol., 147.  
 PULTUSK v. Poltovia.  
 PYZDRY (Pisdri), 89.  
 PYZNNENSIS v. Pisch.

## R

RADOM, 85.  
 RADZIWIŁŁ (Radwilones), familia, 63.  
 RADZIWIŁŁ Barbara v. Barbara.  
 RADZIWIŁŁ Nicolaus «Niger», dux in Ołyka et Nieśwież, marscalcus M.D.L., pal. Viln., 3-5, 9, 13, 15-6, 46, 63, 90, 92, 98, 119, 138.  
 RAGNETA (Ragneth), 40.  
 RAKOWSKI, nobiles, 101.  
 RAKOWSKI Michael, nob. ex terra Visnensi, 172.  
 RATIBORIENSIS Ducatus, 123.  
 RAVENSIS, 59, 108, 149.  
 REGIUS MONS (Regiomontum, Königsberg, Königsberck), Regiomontanus, 43, 58, 91, 95, 106-7, 127, 173, 183-4.  
 RELINGERI (Rehlinger), 65.  
 RHENUS (Renus), 10, 125, 166-7, 176-7.  
 RHODUS (Rodus), 111.

RIESENBURGUM (Risenberk, Risenberga), 117, 138, 140.  
 RODUS v. Rhodus.  
 ROGOZNNENSIS, 65.  
 ROGALA Adam, 101-2, 172.  
 ROMA, Romani (Romisch), 4, 22, 40, 55-6, 61, 70-1, 77, 81, 83-4, 91, 93-4, 99, 100, 108-11, 113-4, 116, 118, 124-6, 128-33, 138-9, 145, 154-5, 157-8, 160, 188.  
 ROMANORUM REX v. Ferdinandus I.  
 ROMANISTAE, 8, 137.  
 ROSPERIENSIS, 86.  
 ROXOLANA, uxor Solimani II imp. Turcarum, 158-9.  
 RUSSIA, Ruthenus, Ruthenicus, 63, 86, 91, 123, 136-7, 177-8.  
 RUZOWSK (Rusowski), 183-4.

## S

SABAUDIA (Subaudia), Sabaudus, 3, 106, 124.  
 SABINUS Georgius, 141.  
 SADEK Nicolaus, rector Universitatis Crac., 141-2, 144.  
 SALISBURGENSIS (Salzburgensis), 69, 117, 128.  
 SALM Nicolaus, comes a, 125, 138.  
 SALOMON, 96, 110, 153.  
 SAMOGITIA, 43.  
 SANDOMIRIA (Sendomiria, Sędomiria, Sędomirz), Sandomiriensis (Sędomiriensis), 15-7, 19, 29, 32, 37, 39, 42, 55-6, 58-9, 65, 67, 69, 86, 90-1, 111, 158.  
 SANTA CROCE Prosperus, legatus Pauli III apud Ferd. I, 130, 133.  
 SAPIEHA Paulus, marscalcus M.D.L., 58.  
 SARMATHIA, 104.  
 SAXONIA, Saxo, 21-2, 61, 125.  
 SBOROVSHKI, SBOROWSKI v. Zborowski.  
 SCEPUSIUM (Zips, Zups), 134.  
 SCHARFFENORTH v. Ostroróg.  
 SCHIDLOVICUS v. Szydlowiecki.  
 SCHIRSCHINTZKA v. Zerzyński.  
 SCHLICHTING, 116.  
 SCHLITTE Ioannes (Hans von Goslar, Goslier, Gosler), mercator Germ., 17, 20-1, 40.  
 SCHMUCZ v. Michorowski.  
 SCHUTZBAR Volfgangus, magister Ordinis Theutonico-romani, 3, 4, 8, 9, 21-4, 29-31, 38, 42, 92.  
 SCHWEDEN v. Suetia.  
 SCHWEIZER, SCHWEYTZER v. Helvetii.  
 SCOTIA (Shcctia), 64-5, 126.  
 SCZYTHNENSIS v. Szczytnensis.  
 SECLUCIANUS Ioannes, minister verbi, 114, 141, 173.  
 SECYGNIEWSKI (Seczigniowski, Seczinyewski) Iacobus, 25, 40, 46, 48, 50.  
 SĘDOMIRIA, SĘDOMIRZ, SĘDOMIRIENSIS v. Sandomiria.  
 SENDOMIRIA, SENDOMIRIA, SENDOMIRIENSIS v. Sandomiria.  
 SERACZYK v. Siradiensis.  
 SEYMOUR Eduardus, dux de Somerset, locumtenens Eduardi VI regis Angliae, 126.  
 SFONDRATO (Sfrondatus) Franciscus, card., 21.  
 SHCCTIA v. Scotia.  
 SIECIŃSKI, famulus ducis Alberti, 184.  
 SIENIAWSKI Nicolaus, pal. Belsensis, cap. exercituum camp., 27-8, 86.

SIENIAWSKI (Syenyawsky) Procopius, dapifer  
 Leopold., 25, 27-8, 72, 108.  
 SIEPRSKI Andreas, de Golczewo, pal. Ravensis,  
 108, 149.  
 SIEPRSKI Felix, de Golczewo, 108.  
 SIERAKOWSKI (Syrakowski) Ioannes, 74.  
 SIGISMUNDUS I rex Pol., *passim*.  
 SIGISMUNDUS AUGUSTUS rex Pol., *passim*.  
 SILESIA (Slesia), 8, 111, 116.  
 SION (Zion), 170.  
 SIONSKY Matthias, praesul fratrum Bohemo-  
 rum, 175.  
 SIRADIENSIS (Seraczyk), 4, 9, 13, 20, 38, 41-2,  
 51, 57, 59, 62, 86, 98, 109, 116, 128, 158.  
 SKRZYNECKI (Skrzynieccki) Gulielmus, Bohemus,  
 64.  
 SLESIA v. Silesia.  
 ŚLUCKI (Sluczki) Georgius, dux Ruthenus, 63.  
 ŚLUŻEWSKI Petrus, pal. Caliss., 65, 86, 115.  
 ŚMIECIŃSKI Ioannes, servitor ducis Alberti, 106.  
 SMYGRÓD v. Stadnicki.  
 SOBEK, servitor ducis Alberti, 11-2.  
 SOBEK Stanislaus, de Sulejów (Suleyow, Su-  
 leuf), 53.  
 SOBIESKI, nob. Pol., 108.  
 SOKOŁOWO (Socolowo) v. Srzeński.  
 SOLDAVIA, Soldaviensis (Dzialdoviensis), 66, 141.  
 SOLIMANUS II imp. Turcarum, 40, 53, 62-3, 81,  
 83, 85, 91-2, 158.  
 SOMERSET v. Seymour.  
 SOPHI v. Tahmasp I.  
 SORGAU v. Dzierzgoń.  
 SPANIER v. Hispania.  
 SPARTA, 151.  
 SPICZIMIRIENSIS, 86.  
 ŚRODA (Szroda), środensis (Szredensis), 64-5.  
 SRZEŃSKA Barbara, de Kościelec, palatina Ploc.,  
 165.  
 SRZEŃSKI Felix, a Sokołowo (Socolowo), pal.  
 Ploc., 127, 173-4, 185-7.  
 SRZEŃSKO, 165, 187.  
 SZRODA v. Środa.  
 STADNICKI Matthaes Stanislaus, a Żmigród  
 (Smygród) et Dubiecko (Dubieccko), 145-6.  
 STARZECHOWSKI Adalbertus, pal. Belsensis, 98.  
 STHUM v. Sztum.  
 STRADAUN, 40.  
 STRAKONICE (Strakonicze), 111.  
 STRASSBURGUM v. Argentina.  
 STRZYNA (Strina), 64, 66, 134-5.  
 STYGGIAE aquae, 138.  
 SUBAUDIA v. Sabaudia.  
 SUEZIA (Swetia, Schweden), 120, 125-6.  
 SULEJÓW, SULEUF v. Sobek Stanislaus.  
 SUŁOCKI (Suloccki) Albertus, 65.  
 SULEYOW v. Sobek Stanislaus.  
 SUSZYCKI (Sushycki) Stanislaus, a Murz (Mu-  
 zynowski), 183-4.  
 SYENIAWSKY v. Sieniański Procopius.  
 SYRAKOWSKI v. Sierakowski.  
 SWETIA v. Suetia.  
 SZCZYTNENSIS (Sczythnensis), 173-4.  
 SZTUM (Sthum), 22-3.  
 SZIDLÓWYECZ v. Szydłowiecki.  
 SZYDŁOWIECKA Sophia, vidua Christophori Szy-  
 dłowiecki, 15.  
 SZYDŁOWIECKI (Schidlovicus, a Szydłowycze)  
 Christophorus, cast. Crac. et R.P. canc.,  
 9, 13, 15, 43, 132.

## T

TAHMASP I Sophi (Zophi), rex Persarum, 53,  
 62-3, 158-9, 163.  
 TARLO Gabriel, incisor regis Pol., 46, 48, 50,  
 53, 112, 117, 123.  
 TARNOWSKI (comes in Tarnow) Ioannes, cast.  
 Crac., exercituum R.P. gen. capitaneus, 5,  
 6, 15-7, 19, 27, 39, 42, 46-7, 51, 59, 60, 65-7,  
 69, 71, 80-1, 83, 85-7, 91-2, 95-6, 98, 111, 124,  
 128-9, 138, 157, 166-7.  
 TARNOWSKI Ioannes Christophorus, 22.  
 TARNOWSKI Spytek, cast. Wojnic., R.P. thesau-  
 rarius, 30, 44, 86.  
 TARTARI (Thartari), 7, 91, 137, 173, 177-9.  
 TAURINUM, 69.  
 TĘCZYŃSKA Catharina, uxor Ioannis Boner, 118.  
 TĘCZYŃSKI Andreas, pal. Lublin., 86, 116.  
 TĘCZYŃSKI Ioannes, pal. Sandomir., 58, 86, 90,  
 92, 158-9.  
 TERENTIUS, 113, 115.  
 TESSINENSIS (Theszyensis), 55.  
 TEUTONICUS v. Theutonicorum Ordo.  
 TEUTSCHLANDT v. Germania.  
 THARTARI v. Tartari.  
 THESZYŃSKA v. Tassinensis.  
 THEUTONICORUM (Theutonicus, Teutonicus) Or-  
 do, 3, 29, 49, 132.  
 THOMAS s. (Didymus), 123.  
 THUNETI Regnum, 157.  
 THURCAE v. Turcia.  
 TIMOTHEUS, 155.  
 TORUNIUM (Torunia), 91, 115.  
 TRAIECTENSIS, 126.  
 TREFKA Eustathius, 188.  
 TRIDENTUM, Tridentinus, 10, 54-5, 130, 160.  
 TROCENSIS, 43.  
 TRUCHSESS (Trugczes) Gulielmus, orator Caro-  
 li V in Pol., 60, 62.  
 TRUCHSESS Otto, card., ep. Augustanus, 3, 4,  
 21-2, 55, 60, 84-5, 94, 97-8, 108-10, 112, 123-5,  
 127, 139, 144-5, 158-9, 162-3, 167.  
 TURCIA, Turcae (Thurcae), Turcicus, 3, 6-8, 40,  
 53, 62, 81, 83, 85, 91, 111, 120, 131, 134, 136-7,  
 139, 157, 161, 163.  
 TUROBIN, 72.  
 TUSCULANUM, 118.

## U

UCHAŃSKI Iacobus, dec. Ploc., archidiac. Vars.,  
 maior secr. regius, 62, 173.  
 UCHAŃSKI Stanislaus, 95.  
 ULMA, 61.  
 ULRICUS dux Wirtemberg., 20, 22.  
 UNGARIA, UNGERN v. Hungaria.  
 UNIEJÓW (Unyew), 152.  
 URBANI s. dies, 148.  
 URBINUM, 3.  
 URSINORUM familia, 130.  
 UTIŠENOVIC (Martinuzzi) Georgius (« Monachus »),  
 ep. Varad., 125, 134.

V

VALACHIA (Walachia), Valachi (Vallachii), 7, 50, 53, 137-8.  
 VARMIENSIS, 99.  
 VARSAVIA (Warszawia, Warschovia), Varsavien-  
 sis, 78, 95, 111, 165, 173, 185.  
 VASOSZE v. Wąsosz.  
 VELSERI, mercatores, 65.  
 VENCESLAUS III dux Tessinensis, 55.  
 VENETI (Venediger), 3, 7, 69.  
 VENUS, 96.  
 VERDEN v. Werden.  
 VETTER (Vetterius), dominus, 91.  
 VIENNA (Vienna), 7, 61, 128-9, 133, 137.  
 VILLACH, opp. in Carinthia, 7.  
 WILNA (Wilna), Vilnensis, 13, 43, 46-50, 106-7,  
 112, 123, 167-8.  
 VIRGILIUS, 61.  
 VITEBSK (Witepsko), 50.  
 VISNA, Visnensis (Wyznensis), 63, 66, 101-2, 172,  
 185-7.  
 VLADISLAUS (Wladislaus) Jagello, rex Pol., 76,  
 105.  
 VLADISLAUS Jagellonicus, rex Hung. et Boh.,  
 76-7.  
 VOLINIA (Wolhinia), 50, 91.  
 VOLSKI v. Wolski Martinus.  
 VOYSLAWYCZE v. Cikowski.  
 VOYSLAWSKI v. Wojsławski.  
 WRATISLAVIA (Wratislavia), Vratislaviensis (Wra-  
 tislaviensis), 8, 55, 116.

W

WĄGRY v. Hungaria.  
 WALACHIA v. Valachia.  
 WARSCHOVIA, WARSZAVIA v. Varsavia.  
 WĄSOSZ (Vasosche, Vasosze), 101, 172, 185.  
 WĘGORZEWSKI, commendator Dornus s. Ioannis  
 Posnaniae, 111.  
 WELSCHLANDT v. Italia.  
 WERDEN (Verden) Ioannes, a, proconsul Ge-  
 dan., 38, 41-2, 50, 163.  
 WIENNA v. Vienna.  
 WIERZBOWO, bona prope Soldaviam, 66.  
 WILKANOWSKI Adam, cast. Wyssogrod., 86.  
 WILNA v. Vilna.

WIRTEMBERGENSIS (Wyrthembersky), 20.  
 WIŚNICZ, 106.  
 WIŚNIOWIECKI (Wiszniewiczcki) Demetrius, 136-8.  
 WITEPSKO v. Vitebsk.  
 WLADISLAUS v. Vladislaus Jagello.  
 WŁOCHY v. Italia.  
 WOJNICENSIS (Woynyczensis), 44, 86.  
 WOJSLAWICE v. Cikowski.  
 WOJSLAWSKI (Voyslawski) Ioannes, can. Ploc.  
 et Vars., notarius Lomzensis, 78, 165, 185-6,  
 188.  
 WOLHINIA v. Volinia.  
 WOLSKI, familia, 97.  
 WOLSKI (Volski) Martinus, archicamerarius Si-  
 gismundi I, magister curiae reginae Bonae,  
 98.  
 WONSAM v. Wunsam.  
 WOYNYCZENSIS v. Wojnicensis.  
 WRATISLAVIA, WRATISLAVIENSIS v. Vratislavia.  
 WSCHOVA, Wschovensis, 65, 131-2.  
 WUNSAM (Wonsam) Ioannes, mercator Crac.,  
 118.  
 WYRTHEMBSKY v. Wirtembergensis.  
 WYSKOCKI (Wyskoczki) Nicolaus, 65.  
 WYSSOGRODENSIS (Wyschogrodensis), 86.  
 WYZNENSIS v. Visnensis.

Z

ZAREMBA Venceslaus, de Kalinowa (Calinowa),  
 cast. Naklensis, 114.  
 ZATOR, Zatoriensis Ducatus, 68-9.  
 ZBOROWSKI (Sborovshki, Sborowski) Martinus,  
 cast. Caliss., 83, 85, 145.  
 ZBOROWSKI (Sborowski) Petrus, cast. Sandomir.,  
 55-6.  
 ZEBRZYDOWSKI Andreas, ep. Cuiav., 86.  
 ZEGERMASTER Ioannes (Hans), 167.  
 ZERZYŃSKI (Schirschintzka, Zirzinski) Felix, puer  
 nobilis, 148, 161.  
 ZION v. Sion.  
 ZIPS v. Scepusium.  
 ZIRAPHAE rex, 157.  
 ZIRZINSKI v. Zerzyński.  
 ZMIGROD v. Stadnicki.  
 ZNENA v. Gnesna.  
 ZOPHI v. Tahmasp I.  
 ZORG, ZORGEN v. Dzierzgoń.  
 ZUPS v. Scepusium.  
 ZYRZYN, pagus, 161.





**T A B U L A E**



Illustrissime Princeps dno dno  
 celsissime ac observatissime

Conscriptis primis ad usum Illustrissimae ditionis  
 literis rector factus sum Regiam Seniorum  
 Magistram Ciceroniarum in presenti in literis  
 dimittere in lituam ad regiam uniozem  
 Magistram orando obseruando per qua sollicita  
 quo se eius Regia inter eius generis matrem  
 pedes et uiribus liberata illudq; resere  
 et supplicare uelit. Tum etiam ad proceres  
 illius duratus ut inter suam omnibus qui-  
 buscumq; possent modis et ioculis ab hoc pro-  
 posito dehortaretur et prius abducerent  
 alios uero has ad serenissimas filias  
 suas regiam Hungarie. et illustrissimi Principis  
 electoris romigeni ut etiam ille prius me  
 resipudinis eius inter rem fieri sum ab in-  
 stitutis his ipsis talibus abstrahere scriptis  
 et monitis suis ~~inter~~ gerent. Quorum hinc  
 et Seniores Regie inter tam sollicita prius et  
 aliorum persuasiones dehortationes partim  
 in re ut iam forsitan parca apud inter  
 uniozem regis ualebunt. breui admodum  
 aut obscurum erit. principis porus fuit  
 obstantum. et ad haec studia et occu-  
 pationes dum adur quae erat aspersus  
 ab his sub quorum potestate deus uoluit  
 laboros esse, nunc hanc medicina parat  
 et ita her que mea re sua uolui in  
 Illustrissima dominatione uestra romuniar  
 et cum his seruitute uestra perpetua in gratia  
 uestra Illustrissime ditionis comedatorem facio  
 Que dno deus seruet salute diuina in ordine  
 dat Sandomizae 24 martij 1574  
 eiusque uestra. J. me ditionis

in Flaco 1000.

Joannes Comes  
 Tarnow 22

+

Ill. optissime princeps postquam tantum ab absolute, ad  
 viam Ill. Do: proficitur. D. Asneris brants, non est  
 get quod Ill. vram. Do: scriptis meis, occuparem. omnia  
 signata Me hic debent et nonit que Ill. vram Do:  
 bene refert. Nos hic nobis. omnibus actibus  
 in hoc vna quasi primato remota placemus. Sed in  
 pro-moy. natio quid nobis suspensa et agitata. agita  
 tur. omnes em. Leges et libertatis regni publicis opri  
 ni clamant. Sed mala si sunt fatalia: nemo in  
 si fatum bonis, deus mutare potest. que ex  
 germania. feruntur, similia sunt vobis. ea ta ut  
 anepi Ill. vram Do: negarem p'scripti.

Ex Libermana nra scribitur. similes vobis ante  
 Pindosiores nra primores agitari. Scribitur  
 praetera, nra quam vici, Dorem Messovic. lega  
 tu Livonia, in praesentia sua, Geruibus. in frustra  
 dismembrare possit.

Ad Imperatorem Hofim et fortasse fuit ad Mo. gio  
 ad vram scriptis ne parum possunt. eloquentia  
 et presentia in hoc casu, parum. mittitur ad so  
 lunt Exi infirmitate. q. nemo discedere potuit  
 nihil est aliud dicit Ill. vram Do: dignum. que  
 ut, in et fortiter, valent ex amio p'vior.  
 petakovic. 5 feb 8 1579

Stan. Bojanowski

Ex  
 Liberman

Epistola Stanislawi Bojanowski ad ducem Albertum. N. 1146.

Illustrissime princeps & dñe dñe obser-  
van<sup>me</sup>: Premissa servitoris meoꝝ debita  
diligentissimam in grām J. D. v. cōmendatōe

Magnas ago & habeo J. D. v. grās  
quod me servitorem svū. lris suis invisere.  
participemq̄ efficere dignata est: earum  
rerum. quę apud J. D. vram. nomiē  
& mi dñi Cardinalis Augustani Johānes  
Liesniowski egert: Curs Legatio si admo-  
dum necessaria fuerit: hoc ego relinquo  
prudenti discyssioni J. D. v. sed quan-  
tum mea fert opinio existimo eum eius  
rei grā missum esse: ut magis explorato-  
ris quam oratoris vicem obiret. Cui quod  
J. D. v. ad eum modum: prout ex copia  
inclusi responsi intellexi. respondendum  
censuit. plurimum probo: Ea autem

nostrum: in alium modum responsum  
accomodare licuit: nisi in quem requi-  
siti sumus:

Ceterum a J: D: v<sup>ra</sup>: idq; magnis &  
diligentissimis precibus oro: quatinus hoc  
ad tam diligente[m] <sup>meam</sup> petitione[m] facere vel-  
let: quod quotienscumq; J: D: v<sup>re</sup>: oca-  
sio scribendi ad me se offerret: scribere  
illas velit. Latino non Germanico ideo  
mate: nam utrumq; mihi magno cum  
labore venit: hoc est & legere & in-  
telligere: que Germanice scribuntur: nec  
dubito quin hoc. apud J: D: v<sup>ram</sup> im-  
petaturus sum: cum revera ex huiusmo-  
di J: D: v<sup>est</sup>re: L<sup>ris</sup> que ideomate Ger-  
manico scribuntur: non possum me ita

ut deceat explicare: neminiq; ex meis soleo  
 ea que manu J. D. V. ad me scribuntur  
 comunicare?

Comendo me cum his itaq; iterum in  
 gratiam J. D. Vre: & deum omnipotentem  
 precor: ut J. D. Vram. salvam & incolu-  
 mem: omnibusq; rebus florentem nobis ad  
 longa tempora conservet.

Dati<sup>o</sup> Posnane: 10 Junij 1549

Illa: <sup>me</sup> D: vestre

ser  
 for

Andreas Comes a Gorka  
 & J. manu sua s3



Alme Princeps et domine  
domine colen me,

Commendo seruitutem meam Alme do: vix.  
Alme domum Liefricusus potius q̄ queng alium ad Alme  
do: vram cum lris a Rmo domno Cardinale misis, ut voluit  
Alme Regia: quibus mentem et animu Casarea Alme Roms  
dominus Cardinalis declaravit, ut scilicet famulus domini sui  
lris et legendas Alme do: vix daret; et easdem ad nos  
referret: vel hinc Alme do: vram cognoscat licet: non acci-  
disse negligentia nra: q̄ tantopere Alme Regia dominum  
Asnerum Brantb hic remunerata est. expectabat em̄ ut Ca-  
sarea Alme cognosceret voluntatem: sine qua nihil sibi  
de cambio SIZMARU sororum statuendum putavit.  
Quam autem do: Asnerus mandato Alme do: vestre  
se redire celerius iussu dixit; quam ut posset expe-  
ctare: donec Casarea Alme sententiam perspectam ha-  
beremus. memor tamen promissi sui Alme Regia nihil  
murata cum ipse lris ad Alme do: vram. misit.  
Commendo iterum atque iterum seruitutem meam Alme  
do: vram quam sanam. et incolumem seruet superi  
datum Concom. XIII die Iunij. Anno domini  
M D XLIX.

vix Alme f

Tum cum hinc dms Asnerus pro  
fectionem instruxit. scriptas etiam  
ac misit ad Regni consiliarios lras.  
quibus seruitutem quid esset ante  
significationem imperatoris voluntatis  
de hoc cambio nri sine statumendo Regia  
nri zugam. quidam appenderunt. quid  
se hinc consultationem non admiserit nisi  
nec consilium dare posse scripsimus  
rom̄ qui appenderit seruitutem ex lris  
vix R. intelligit Alme do: vram

Saxonia et Capts  
Samuel Eps Car.  
in H. P. Caritt Spi

FINITO DI STAMPARE CON I TIPI DELLA  
TIP. EDIGRAF - ROMA - TEL. 8271694  
IL 18 GIUGNO 1976





ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES (cont.)

- Vol. IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572) 8 tab. Ind. nom. propr. 1964.
- Vol. X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, pp. XVI+343, 1399 doc. (A.D. 1568-1676) 12 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1964.
- Vol. XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214 doc. (A.D. 1567-1579) 7 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1964.
- Vol. XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., 1964.
- Vol. XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab. Ind. nom. propr. 1965.
- Vol. XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab. Ind. nom. propr. 1965.
- Vol. XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1575-1587), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1966.
- Vol. XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1590), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1966.
- Vol. XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1967.
- Vol. XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab. Ind. nom. propr. 1968.
- Vol. XIX — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VI pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+429, 121 doc. (A.D. 1556-1620), 4 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1968.
- Vol. XX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 266 doc. (A.D. 1577-1696) 4 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VI+324, 1969.
- Vol. XXI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VII pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, 187 doc. (A.D. 1491-1696) 2 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VIII+262 1970.
- Vol. XXII — *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, doc. 183 (A.D. 1535-1588) pp. VIII+210, 2 tab. 1970.
- Vol. XXIII — A. *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi* II pars. Doc. NN. 184-319 (A.D. 1598-1772) Ind. nom. propr., ind. chron.  
B. *Documenta Polonica ex Archivo Capitulari in Brisighella*. 63 doc. (A.D. 1578-1588) Ind. nom. propr., ind. chron. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, p. 297, 2 tab. 1970.



- Vol. XXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 152 doc. (A.D. 1419-1564) pp. VIII+301, 4 tab. 1971.
- Vol. XXV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN 78 doc. (A.D. 1563-1572). 6 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VIII+248, 1971.
- Vol. XXVI — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino* I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 145 doc. (A.D. 1559-1589) 4 tab., pp. VIII+320, 1972.
- Vol. XXVII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino* II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 262 doc. (A.D. 1589-1612), pp. VIII+377, 1972.
- Vol. XXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino* III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 205 doc. (A.D. 1613-1626), 4 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., pp. VIII+376, 1972.
- Vol. XXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 139 doc. (A.D. 1578-1630), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VIII+376, 1972.
- Vol. XXX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* I pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, 447 doc. (A.D. 1525-1548), 9 tab., elenchus epistolarum, elenchus sigillorum, ind. nom. propr., pp. XV+259, 1973.
- Vol. XXXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 448-854 (A.D. 1549-1562), 7 tab., elenchus epistolarum, ind. nom. propr., pp. IX+241, 1974.
- Vol. XXXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 855-1237 (A.D. 1563-1572), 10 tab., elenchus epistolarum, ind. nom. propr., pp. VIII+268, 1974.
- Vol. XXXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 140 doc. (A.D. 1632-1699), 5 tab., ind. nom. propr., ind. chron., pp. X+210, 1974.
- Vol. XXXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-212 (A.D. 1525-1530), 6 tab., elenchus epistolarum, ind. personarum et locorum, pp. XVI+230, 1975.
- Vol. XXXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 213-551 (A.D. 1531-1537), 3 tab., elenchus epistolarum, ind. personarum et locorum, pp. X+228, 1975.
- Vol. XXXVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 552-761 (A.D. 1538-1542), 3 tab., elenchus epistolarum, ind. personarum et locorum, pp. VIII+227, 1975.
- Vol. XXXVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VII pars. E. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 762-1049 (A.D. 1543-47), 4 tab., elenchus epistolarum, index personarum et locorum, pp. VIII+256, 1976.
- Vol. XXXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1052-1215 (A.D. 1548-49), 6 tab., elenchus epistolarum, ind. personarum et locorum, pp. XII+206, 1976.
- Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IX et X partes, ed. C. LANCKOROŃSKA (in typis).

DEPOSITARII :

« International Book Distributors » LIBRERIA 117-120, Piazza Montecitorio 00186 ROMA	Orbis (London Ltd.) 66, Kenway Road London S.W.5.	Institutum Historicum Polonicum Romae 284, Via degli Scipioni 00192 ROMA
Praetium: Lit. 8.000, \$ 14,00, £ 5.50.		